Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689727-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689727-p0002-7

# DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
## DE
# EO QUOD JUSTUM EST, CIRCA INQUISITUM VARIANTEM,
præſertim,
## *In Saxonia Electorali.*

Quam
ANNUENTE DIVINA CLEMENTIA,
*EX DECRETO ET AUTHORITATE*
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS IN ALMA VIADRINA,
*PRÆSIDE*
## DN. HENRICO SIMONE PLESMANNO,
J. U. D. ET PANDECT. PROFESSORE PUBL. ORDIN.
FACULT. JURID. h. t. DECANO SPECT.
*PROMOTORE SUO PIE COLENDO,*
PRO
SUMMIS IN UTROQ; JURE HONOR. AC PRIVIL. DOCTOR.
ritè conſequendis,
*ad d. XXIII. Aug. An. M DCC XIX. horis locoq; ſolitis,*
placido Examini ſubmittit
A. & R.
## JOH. FRIDER. FALCKNER,
Lipſienſis.

FRANCOF. ad VIADR. Literis JOH. CHRISTOPH. SCHWARTZII.

Pr. 36 num 7
15
1719, 5
P. 509.
KŒN. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

L. S. P.

NOs Decanus, Ordinarius, Senior ac reliqui Doctores Facultatis Juridicæ in Univerſitate Francofurtana præſentibus Literis, Sigillo noſtro munitis, omnibus, quorum id ſcire intereſt, notum facimus atque teſtamur publice: Comparuiſſe ante aliquot Septimanas coram Nobis Nobiliſsimũm Doctisſimumq; Virum Juvenem

JOH.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689727-p0005-4

JOHANNEM FRIDERICUM FALCKNERUM, LIPSIENSEM,

conſiliumque ſuum, de obtinendis ritè in hac Academia, Exemplo Majorum ſuorum, ſummis in utroque Jure honoribus, aperuiſſe; Nosque honeſto ipſius deſiderio deeſſe nolentes, præmiſſis, juxta tenorem Statutorum Noſtrorum, duobus Examinibus, habitaque Inaugurali Diſputatione, quibus ſpeciminibus inſignem in utroque Jure peritiam, cum ſumma animi alacritate oſtendit, ad *AUGUSTI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ*, Domini Noſtri clementiſſimi, ſpe-

ciale

ciale Mandatum, per Collegam noſtrum honoratiſſimum, Dn. *HENRICUM SIMONEM PLESMANNUM*, J. U. D. & Pand. Prof. Publ. Ordin. Facultatis Noſtræ h. t. Decanum, præfatum FALCKNERUM per Procuratorem, ſpeciali Mandato inſtructum, præſentem, IURIS UTRIUSQVE DOCTOREM die 29. Aug. præſentis anni creaſſe ac renunciaſſe; omniaque jura, privilegia, immunitates ac prærogativas, quæ huic honoris Gradui, vel de jure ſcripto, vel Conſuetudine cohœrent, libenti prolixoque animo, merenti tribuiſſe, atque conceſſiſſe: Veneramurque Summum Numen,

ut

ut felix fauſtumque hoc Eccleſiæ, Reipublicæ bonisque omnibus utile ac ſalutare, nec non memorato Conſult. Dno. DOCTORI FALCKNERO, ſplendidæque ejus familiæ commodo ac decori maximo & perpetuo eſſe jubeat. Dabantur Francofurti ad Viadrum IV. Nonar. Sept. Anni MDCCXIX.

L.S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689727-p0008-1

J. N. D. N. J. C.

De

# Eo quod juſtum eſt circa Inquiſitũ variantem præſertim In Saxonia Electorali

§. I.

CUm in Criminalibus æque ac Civilibus, reum quemlibet, non niſi confeſſum aut convictum condemnari poſſe, ex *l. ult. C. de Cuſtod. reorum*, & Legibus undique conſtet; attamen in reis criminum, quos Inquiſitos vulgo nominant, multo curatiori modo confeſſio præſertim urgenda, ad id, ut juſte delicta puniri queant; Ita enim Imp. Conſtant. ad Proconſulem Africæ Catulinum jamjam reſcripſit: *Qui ſententiam laturus eſt, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem in quempiam promat ſeveramque ſententiam, quam in adulterii, vel homicidii, vel maleficii crimine, aut ſua confeſſione, aut certe omnium, qui tormentis, vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conſpirante concordanteque rei finem, convictus ſit; l. 16. C. de pœn. ibiq; Ddres, Zang. in Tr. de quæſt. & Tort. cap. 5. n. 19.* Quanquam enim juxta communem Doctorum opinionem & ipſius *Ord. Crim. Carol. art. 22. in fin. 67. & 69.* ſufficiat, reum aut confeſſum aut convictum eſſe; hincq; eum de crimine ſatis ſufficienterque probato, licet non confeſſum, etiam ſine tormentis condem-

 nari

nari poſſe, aſſerendum. *l. ult. C. de probat. l. 34. ad L. Jul. de Adult. l. 2. C. de Cuſtod & exhib. reor. l. fin. C. eod. l. 16. C. de pœn. l. 8. C. ad Leg. Jul. de vi publ.* Attamen quoniam in Saxonia nondum ac in Marchia per *Ord. Crim. Reg. de ann. 1717. Cap. 9. §. 2.* ſatis liquet, quando crimen plene ac ſufficienter probatum ſit; cum multa ſæpius notoria dicantur, quæ tamen non ſunt, *c. 14. x. de Appell. Math. Steph. in Not. ad Ord. Crim. Car. art. 9. & 16.* ſatius omnino eſt, ante omnia confesſionem ipſius Inquiſiti ſedulo exquirere, adeò ut ſine ea tuto vix condemnari queat, quicquid etiam disſentiat *ap. Dav. Mollerum lib. 4. Semeſtr. cap. 33. n. 33. Joh. Bodin. l. 4. Mag. Dæmanoth. cap. 2. fol. 571.* Cum, licet ſola ad pœnam infligendam per *l. 1. §. 27. ff. de pœn.* non ſufficiat, inſtar tamen litis conteſtationis ſit, quæ nullibi omittenda, ſed præſertim hoc caſu, anxie deſideranda; *Struv. in not. ad Math. Tr. de judiciis cap. 16. aph. 23.*

§. 2. Aſt, qvum hujus farinæ homines ſponte confitentes, ac in iſta confesſione conſtanter perſeverantes nunquam, vel rarisſime videas, Reipublicæ vero nihilominus multum interſit crimina puniri. *l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 4. §. 2. ff. de Noxal. Act. l. 9. §. 5. ff. de publican. l. 13. ff. de offic. præſ. C. 33. cauſ. 23. qu. 4.* hincque pro detegenda veritate extremis viribus laborandum; more jamjam, uti loquitur *Cic. in paratit. Orat.*, majorum; licet Juri Naturæ haud convenienti; juxta *Excell, Dn. Samuel. de Coccejus P. II. Juris Controv. ad tit. ff. de quæſt. qu. 1.* introductum eſt, ut per tormenta veritas exigatur; Quanquam etenim innocentia, & quilibet ſine vitio regulariter ſemper præſumatur: *l. 5. ff. de pœn. l. 4. C. de edendo. l. 1. & l. 3. ff. de Ædil. Ed. l. 7. ff. de probat.* Attamen, cum reus judici ſemel ſuper delicto ſuſpectus fuerit factus, & in probatione ad convictionem plenariam, nil amplius quam Inquiſiti confesſio deſit; exortà tantà criminis vel probatione vel ſuſpicione, præſumtio naturalis bonitatis jx. *Bartol. in l. 2. ff. de Senat.* non immerito ceſſat, & potius ad quælibet genuinam rei veritatem eruendi devenitur media.

§. 3. Dum vero, ut ſupra diximus, Veritas in Criminalibus alia, quam quæ ex Inquiſiti certa ac conſtanti confesſione oritur, non habetur, quoniam pleraque crimina, clam & occulte committuntur, ut teſtium copia ſemper, & ubique haberi nequeat; Et contra propria confesſio, probatio omnium efficacisſima ſit. *l. 14. C. de rei vind.*

*l. 13.*

*l. 13. C. de non num. pec. C. 10. x. de probat. C. 14. x. de fide inſtrum.* quæ ideo convictioni; etiam in *Ord. Crim. Carol. art. 22.* expreſſe præfertur; nihilominus vero confeſſionem, claram, certam, dilucidam, expreſſam, & explicatam eſſe oportet, ad id, ut confitenti noceat; Eandem tamen ingenuam ac veram, à reis ſpontaneo motu elicere, difficillimum eſt, adeò, ut quandoque quæſtio & tormenta vix ſufficiant ad confeſſionem certam, ſimplici vice obtinendam; Plerique enim, ut Ulpianus ait: *patientia ſive duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi iis veritas nullo modo poſſit, alii tanta ſunt impatientia, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta velint, ac inde fit, ut etiam vario modo fateantur, l. 1. §. 23. ff. de quæſt.* ac confeſſa ſæpius iterum inficientur, ut proinde tanquam variantes puniri nequeant; Unde certum eſt, neque etiam cuivis eorum depoſitioni ſub tormentis ſecutæ, fidem adeò ſimpliciter habendam eſſe, ut inde ad definitivam ſtatim properari queat; Interim tamen; ejusmodi reum, delictum vel diffitentem, vel certe non conſtanter affirmantem, licet legitimis ac plenis probationibus convinci nequeat, non ſtatim abſolvendum, ſed veritatis inveſtigationi potius tam diu inſiſtendum eſſe, donec certum inveniatur, ac à reo exigatur: & cujusvis reipublicæ utilitas, & æquitas ipſa non ſvadent tantummodo, ſed & poſtulant ac requirunt. Præſertim cum omnis variatio ſit odioſa, & neutiquam admittenda, *l. ult. C. de Codicill. l. 11. §. 5. ff. de inſt. Act. l. ult. §. ult. C. de modo mult. quæ à Judic. c. 10. x. de probat.* atque varians, malam fovere cauſam ſemper præſumatur. *l. 42. ff. de R. J.*

§. 4. Prouti vero ſpecies Variationis ex accidenti diverſæ ſunt, dum aut quoad circumſtantias ſibi contradicit reus tantum, crimen vero nihilominus vel negat vel affirmat, aut priorem depoſitionem planè revocat, & confeſſa vel negat vel negata vice verſa confitetur; Ita circa ejusmodi Inquiſitum variantem, perpetuo quidem juſtum eſt; ut ſcil. veritas ab ipſo ante omnia extorqueatur. Modi vero ſolum, eandem eruendi, pro ratione Inquiſiti variantis, variant; Quo vero accuratius rem perſpiciamus, pro vulgari diverſitate Inquiſitorum, duo quoque formabimus capita, quorum prius ſiſtet, REUM CRIMEN SUB TORTURA CONFESSUM, REVOCANTEM, alterum REUM, QUI QUOD AB INITIO SPONTE CONFESSUS ERAT CRIMEN, SPONTE QUOQUE NEGAT.

§. 5. Jam equidem ea noſtra non eſt ſententia, acſi Inquiſito. negata hactenus ſponte affirmanti, & in ea perſeveranti, ſimpliciter nulla ſit tribuenda fides. Abſurdum enim foret reum, qui crimen, cujus ex probationibus, & indiciis ſemiplenis arguitur, ingenue confitetur, ex hac unica ratione tanquam variantem torqueri, quod negata ſponte affirmaſſet; Cum tamen potius miſerendum ejusdem, tanquam pœnitentis ſit, qui dum delictum fatetur, ejus veniam ſimul petere reputatur. *c. 22. x. de Homicid. Maſcard. de probat. Concl. 501. n. 2.* ac quilibet tuto ſapere, & ad meliorem frugem converſus, negativam absque ulla inficiationis pœna, revocare posſit, quippe quem in finem, interrogatio amicabilis ante intentandam torturam, in loco judicii vulgo in der Güthe *art. 46. Ord. Crim.* expreſſe jubetur.

§. 6. Quamobrem circa ejusmodi Inquiſitum, hoc modo, priorem depoſitionem revocantem, nullæ aliæ judicis partes ſunt, quam ut in veritatem confesſionis, & omnium ejus circumſtantiarum, juxta *art. 54. Ord. Crim. Carol.* ſedulo inquirat, ac, ſi factum depoſitioni conveniat, reum poſtea tutò, etiam ad mortis ſupplicium condemnet. Sin vero circumſtantias prolatas falſas, aut plane incognitas judex invenerit, & iſthæc affirmatio negativæ prioris, tanquam variatio odioſa, nullis circumſtantiis veris ſuffulciatur, indicium ea, ad torturam parit, manifeſto *arg. art. 55. Ord. Crim. Carol.* cum certitudini nihil magis contrarietur, quam variatio. *Clem. 1. de renunciat.* & hæc regulariter ob latens ſub ea mendacium ad torturam indicium ubivis pariat, *Teſte Hyppol. de Marſ. Pr. Crim. §. 68. Conſ. 15. n. 15. it. Conſ. 130. n. 45. Math. Steph. in Not. ad art. 31. Ord. Crim. n. 8.* Nec quicquam movent *l. 1. l. 3. & l. 7. ff. de confeſſ.* ubi confeſſus licet etiam falſo confesſus fuerit, tamen pro judicato habetur; Licet etenim eo jure per *l. 25. §. 2. ff. ad L. Aquil.* de confesſis nullæ ſint judicis partes, niſi ut condemnet; Attamen cum iſtæ leges, ſola judicia Civilia, neutiquàm vero Criminalia attingant, Criminalibus applicari nullo modo poterunt, quippe ubi ſola confesſio ad infligendam pœnam nunquam ſufficit, niſi veroſimilis ſit, vel religio Judicis aliis probationibus inſtructa fuerit; recte monente *Carpz. P. 4. Conſt. El. 33. Def. 11. n. 12. Bachov. ad Treutl. l. 1. Diſſ. 4. theſ. 1. Brunnem. ad cit. l. 1. it. l. 5. ff. de cuſtod. reorum l. 1. C. de Confeſſ. & ad l. 16. C. de pœn. n. 1. ibique cit.*

§. 7. In præſentiarum etiam in rationes torturam ſvadentes

nec non, haud inquirimus, & an jure vel injuria decreta fuerit, diſceptamus. Id enim certo certius perſvaſum habemus, quælibet collegia, & quemlibet judicem, ad eam; tanquam rem fragilem & ſummè periculoſam; temere nunquam proſilire, ſed non niſi re plenè perſpectà, & probeponderatis, *Edict. Div. Auguſt. pr. l. 8. ff de quæſt. it. art. 58. Ord. Crim. Carol.* imò cujusvis *judicii, criminis, perſonæque ratione & qualitate,* cruciatus admovere; probe perpenſi, quod juxta prudentisſimū Papiniani effatum: *facilius ſit, torturam, etiam atrocem homini innocenti infligere, quam eidem adhibitam PIE & JURIDICE excuſare, ref. Ernſt. Cothmann Vol. 3. Reſp. 29. n. 11.* cum certisſimum ſit, maculam homini torturâ inuſtam æque tolli non poſſe, ac virginitatem ſemel corruptam caſtitatemque amiſſam revera reſtituere imposſibile eſt, *l. 1. pr. C. de rapt. Virgin. Conſ. Ord. Crim. March. de ann. 1717. cap. IX. §. 1. in fin. & §. 9.* Unde fere ſuperfluum foret monere; ea, quæ impoſterum de tortura, ejusve reiteratione proponentur; ad reos impuberes, & 14. annis minores non extendenda eſſe, cum ob defectum judicii hi notorie eximantur â *D. Pio in l. 10. pr. ff. de quæſt.* Quanquam interim, ſi veritas ab iis aliter, & ſponte haberi nequeat, illud omnino asſervandum, quod *Ulp. l. 1. §. 33. ad SCtum Sylan.* tradit: Impuberes ſcil. habenis & virgula cædi, ac iisdem terreri poſſe. Prout ex ſententia cit. leg pronunciasſe JCtos Jenenſ. menſ. Oct. 1680. ſequentem in modum Daß der Dienſt-Junge *H S.* der wieder ihn des Diebſtahls halben ſtreitenden *Indicien* durch den Gerichts-Knecht mit Ruthen zu ſtreichen/ vermittelſt deſſen aber auf folgende Artickel und Fragſtücke ꝛc. ꝛc. zu *examin*iren/ und ſeine Ausſage zu *regiſtr*iren/ ergehet ꝛc. ꝛc. refert *Granz. in Def. Inquiſit. cap. 5. membr. 2. ſect. 3. art. 4. n. 159. jung. Proſp. Farin. Pr. Crim. qu. 41. n. 17. Carpz. Pr. Cr. qv. 118. n. 14.*

§. 8. Sed ſuppoſitis ita cunctis quæ Judex, vi officii ac conſcientiæ ſuæ hoc paſſu obſervare tenetur, vel etiam poteſt, ea demum improbanda Inquiſiti venit variatio, quâ ſub tortura demum affirmata, poſtea prætextu metus & cruciatuum, absque probabilis argumenti allegatione, revocantur; Hæc vero revocatio contingit, VEL antequam reus à carnifice exuitur, aut tormenta applicandi initium fit &c. VEL poſtquam tortura initium quidem ſumpſit, penitus tamen nondum conſummata eſt, qvod Germani termino qvaſi technico appellitant, vor/ oder nach dem Angriff. Ubi tamen rur-

ſus notandum: vocem hanc den Angriff latius ſumi, ac non tantum ſolum territionis vel torturæ initium v. g. Die Entblößung/ Führung zur Leiter; Vorzeigung derer zur Peinlichkeit gehörigen Inſtrumenten/ Abſchneidung derer Haare/ Anlegung derer Daum Stöcke x. hic ſignificare, ſed & eum caſum generaliter denotare, quandocunq; præſcripti in ſententia torturæ gradus, reo nondum plene applicati, adeoq; tortura non conſummata eſt. Utroque vero caſu *vel ſimplici vel iterata vice* variatio ſeqvitnr.

§. 9. Ex deductis autem latisſime patet: metum tormentorum juſtam Inqviſitio, confeſſa revocandi neutiquam præbere rationem, *vid. Dn. D. Dondorff. in Diſſ. de revocat. confeſſ. per torm. expreſſ. 1716. Lipſ. habit.* §. *57.* Atque hinc eo caſu, qvando Inqviſitus poſt publicatam ſententiam, qva tortura ei injuncta eſt, negato prius in loco judicii bey der Güthe delicto, poſtea in loco torturæ, poſtqvam carnifici traditus eſt, is vero tormenta applicare nondum inceperit, vulgo: noch vor dem Angriff. delictum confitetur, poſtea vero loco ratificationis, quæ ex intervallo duarum vel trium dierum, præcipiente ita *Ord. Crim. Art. 58.* extra locum torturæ *l. 2. C. de cuſtod. reorum, Zang. de qvæſt. c. 5. n. 73. Maſcard. de probat. Conſ. 353. n. 11. ſeqq. Concl. 335. n. 1.* vulgo fieri conſuevit, *conſ. Ord. Crim. March. de anno 1717. Cap. 9. §. 23.* confesſionem revocat, & negativam, ſolo prætextu confesſionem metu tormentorum factam eſſe, rurſus amplectitur, neque negationis veram rationem deducere. vel allegare valet, Inquiſitum procul omni dubio rurſus torqvendum eſſe. *Ord. Crim. Carol. art. 57. 58.* unanimi Doctorum & legum voto praecipit, *Steph. in Not. ad præced. art. Ord. Crim. l. 16. ff. de Qvæſt.* cum verba generalia ibi reſtrictionem non admittant *l. 3. ff. de Offic. præſ. l. 1. §. 3. ff. de aleat. l. 10. §. 5. l. 15. ff. de Quæſt. Franc. Brun. de indic. & tortur: p. 2. qv. 5. n. 58. cit. à B. Carpz. in Juriſpr. Crim. P. III. qv. 126. n. 40. Zang. de quæſt. c. 5. n. 75. Berl. P. 1. Dec. 73. n. 1. & 4. ſeqq. Brunnem. ad l. 16. & l. 18. §. 1. n. 3. in fin.*

§. 10. Sed quid ſi Inquiſitus, qvem §. anteced. 9. deſcripſimus, tunc ubi tortura ſecunda vice adjudicata eſt, eadem ratione initio, vulgo: vor dem nochmahligen Angriff confeſſus fuerit, poſt vero confeſſa negaverit. Hic ſane magis ardua, magisque vexata oritur quæſtio, cum duo, haud exigui momenti probe veniant conſide-

ſideranda. *Alterum* Inquiſitus forſan innocens, qui, huic ſuæ conſcientiæ recti fiſus, nihilominus corpus ſuum nimiis ac pene inhumanis carnificum cruciatibus exponere detrectat, & potius juxta *Nov. 134. c. 13.* mori, quam anguſtias illas ſuſtinere cupit, atque ex hoc unico fundamento, ne ſcil. in manus carnificum incidat, tædio quaſi vitæ delictum, qvod nunquam patraverat, etiam ſecunda vice confitetur *l. 6. ff. de Appell.* & hinc injuſte, vel etiam ad mortem condemnandus, qvales catologos eorum, qui innocentes ob tormentorum ſævitiam confeſſi & condemnati fuere, refert *Valer. Max. lib. 8. c. 4. Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. qv. 64. in fin. Oldekop. Obſerv. crim. ibique cit. alterum* e contrario Inquiſitus, criminis omnino reus, qui aut propria aſtutia, aut aliorum ſuffultus conſiliis, remedium hoc eruendæ veritatis eludit, atque eò ipſo pœnæ ordinariæ etiam capitali, modo plane ſcelerato ſe ſubducit. Aut enim reiteratâ ejusmodi in loco torturæ, bey der Güthe variatione, confeſſio ibi bis facta, pro ſufficienti habenda, arg. eorum, quæ tradunt, *Bartol. in l. 22. C. de agric. & Cenſit. Paul. de Caſtro in l. 26. §. 2. ff. depoſiti*, & adeo abſque ulterioribus ambagibus condemnatoria ſtatim decernenda, qvod tamen durius videtur; aut non attentâ hac variatione Inquiſitus abſolvendus, aut ordinaria mitius puniendus erit; Utroq; vero caſu, juſtitia in injuriam converteretur, cum innocens, pœnâ citra culpam gravaretur, reus, vero vel abſolveretur vel ad minimum, juſtò mitius puniretur. Interim tamen regula ubivis perpetuo quoq; obſtat: torturam in delictis atrocibus non niſi duabus vicibus, ac ne toties qvidem, abſque novis, & a prioribus ſuo genere diſtantibus indiciis reiterari poſſe *l. 18. §. 2. l. ult. ff. de quæſt. l. 8. C. eod. Ord. Crim. Carol. art. 8. 18. 22. & 23.* cum infinitum à jure maxime in odioſis reprobetur *l. 11. §. 18. ff. de legat. 3. l. 13. §. ult. ff. de damn. infer. Conſt. Elect. IX. in append. Corp. Jur. Sax. fol. 72. Zœſ. ad tit. ff. de quæſt. n. 65. Jul. Clarus l. 5. ſent. §. f. qv. 21. n. 36. ſeqq.*

§. 11. Cum vero fictiones, præſertim in Criminalibus, uti non de tritico aut vino legato, ſed de hominum vita & fama agitur *Nov. 8. c. 1.* merito exulent, & ſola ac indubitata veritas, uti & in civilibus fictiones regulariter ceſſant *l. 15. §. 3. l. 16. ff. de adopt.* unice obtineat; hæc vero aliter qvam ex vera, & conſtanti Inquiſiti

con-

confeſſione inveſtigari nequeat. Hinc quoqve ea Ddrum opinio; qvæ reiteratam Inquiſiti, vor dem Angriff confeſſionem, pro ſufficienti venditant, & eandem qvaſi tormentis confirmatam fingunt, qvæ quæſtio ad eruendam veritatem efficaciſſima in *l. 8. ff. de qvæſt.* dicatur, locum invenire vix poterit, quoniam hæcce confeſſio ex mente Inqviſiti, metu tormentorum expreſſa, qvi impatientia dolorum ductus, qvodvis mentiri, qvam tormenta pati *l. 1. & 23. ff. de qvæſt.* maluit, confeſſio autem ſecundum mentem confitentis interpretanda ſit *l. 66. ff. de judic.* Unde vera & conſtans dici neqvit; cum ratificatio, qvæ ſpontaneæ confeſſionis loco demum eſt, ac *art. 56.* §. der Gefangene ꝛc. *Ord. Crim. Carol.* neceſſario requiritur, deficiat; adeoque ad pœnam ordinariam nullatenus ſufficit.

§. 12. Multo minus illa aſſenſum meretur, ſententia, quæ; qvaſi in dubio, ex eo, qvod absq; novis indiciis qvæſtio nunquam repetenda ſit *l. 18. §. 1. ff. de qvæſt. Zang. de qvæſt. c. 5. n. 12. ibique cit.* reum ſtatim abſolvit. Licet etenim juxta Trajani reſcriptum in *l. 5. ff. pr. de pœn,* ſatius ſit impunitum relinqvi facinus nocentis, qvam innocentem damnare, *l. 2. C. qvor. Appel. non recip.* juſto tamen mitius cum Inqviſitio agunt, & forſan ſcelerato; juſtitiam eludendi, ac impune delinquendi, anſam ſubminiſtrant, qui hac ratione nequidem initium, vulgo: den Angriff tolerare tenetur; Quamobrem, cum fruſtra de conatu intentionis quæratur, cujus nullus fuit eventus, idem denique eſſet, ac ſi nunquam tortura dictata, ſed ſtatim priori negationi ad articulos Inquiſitionales factæ, fides habita fuiſſet; Et nullus unquam puniretur reus. Cum quivis facile negare, ac vi tormentorum ſe in confeſſionem fuiſſe adductum, prætendere poſſet; Conſent. *Nicol. Boërio Deciſ. 163. n. ult.* ut taceamus nunquam concedenda eſſe mala, ut inde bona eveniant, *c. 2. X. de ſortileg. & c. 4. X. de uſur.*

§. 13. Probabiliorem ſpeciem præ ſe fert, tertia opinio, qvæ ſaltem ab ordinaria pœna Inqviſitum liberat, & reliqua, in eo juris ac juſtitiæ ſtricte perſequitur rationem: ne delicta maneant impunita. Qvæ & ſuo nititur fundamento, hanc, ſcil. tanquam in dubio, mitiorem ſemper præferendam eſſe ſententiam, *arg. l. 5. l. 42. ff. de pœn. l. 56. ff. d. R. J. & c. ult. X. de præſumpt.* atque hinc magis in defectu, quam exceſſu quid comittendum eſſe *arg. alleg. l. 5. pr. ff.*

*de pœn. Stephan. in Not. ad art. 58. Ord. Crim. n. 5. Jacob. Menoch. lib. 1. præſumt. 97. n. 23.* prouti eandem ſententiam *arg. Conſt. nov. El. Sax. IX.* ſecutos eſſe Scabinos Lipſienſes olim *teſtatur B. Carpz. Pr. Crim. p. III. qu. 126. n. 58. ſeqq.*

§. 14. Interim tamen; cum tortura per communem omnium LL. ac Ddrum opinionem unicum in Criminalibus, inveſtigandæ veritatis, ac conſequentis inde conſtantiæ, ſit remedium; indicia quoque, eò, quem ſupponimus caſu, ad decernendam eandem, adſint ſufficientia, nihilominus vero hactenus nunquam peracta, ſed Inquiſitus ſemper, adhuc ante ejus initium, noch vor dem Angriff confeſſus fuerit, & poſtea variaverit, unde ea; licet duabus vicibus decreta, nunquam tamen inchoata, ne dum abſoluta dici queat, adeoque de reiteratione ſtrictè dicta fruſtra hic moveatur quæſtio, â veteri praxi ac obſervantia quam *B. Carpz. l. cit.* allegat, receſſit Saxonia Elect. quippe ubi jamjam in omnibus delictis ſeu atrocibus ſeu atrociſſimis, adverſus reum variantem quæſtio trinis vicibus indiſtincte adhibetur, atque hinc ejusmodi Inquiſitum ſecunda vel etiam tertia vice variantem & inconſtantem, non attentà ſùb initio facta confeſſione, tanqvam nimis illiqvida, & qvam tamen poſtea rurſus revocaſſet, nihilo ſecius tertia vice indiſtincte per omnes in ſententia gradus, tamdiu torqvendum eſſe, donec aut in negativa aut affirmativa perſeveraverit, noviter deciſum. Tunc etenim finem juſtitiæ & æquitatis demum obtentum eſſe, firma juris ratione dici poteſt, neque hoc modo injuria fit Inquiſito licet innocenti, quippe qvi ſemel ac toties abſq; tormentis facta confeſſione, & poſtea ſecuta revocatione, novum indicium ad torturam ſubminiſtravit, *l. 10. §. 5. & l. 15. ff. de quæſt.* cum quilibet varians & vacillans fortiſſima juris præſumtione etiam in civilibus ſe gravare dicatur, expreſſa *l. 16. ff. de teſt.* & hinc malam fovere cauſam *l. 42. ff. d. R. J. c. 14. X. de præſumt. l. 2. & l. 6. ff. de teſt.* præſumatur, qvin imo hæc ſola indicium ad torturam præbeat. *Math. Steph. in Not. ad art. 31. Conſt. Crim. Carol. num. 8. ibique cit.* Proinde quoniam neque hoc, neque priora gravamina hactenus purgata ſunt, ad torturam etiamnum decernendam ſufficiunt prout *Imp. Carol V. art. 57. Ord. Crim.* haud obſcure declarat, & ipſe reus illicitis variationibus extra ordinem ſecum agendi, cauſam dedit. Quam obrem eundem procedendi modum,



non

non ſolum approbat: *Ulr. Huberus Praelect. ad tit. ff. de quaeſt. p. III. nom. 11.* ſed etiam in curia ibid. anno 1672. obſervatum refert: imo eundem cautelæ inſtar adverſus Inquiſitum verſutum adhibendum commendat *D. Jac. Frid. Ludovici*, Einl. zum Peinl. *Proceſſ. cap. 9. §. 43.*

§. 15. Qvo caſu tamen circa ultimò tertia aut qvarta vice dictatam torturam, id adhuc in Saxonia Elect. obſervari ſolet, qvod ejusmodi §. 10. delineatus Inqviſitus, ante executionem recentioris ſententiæ adhuc extra locum torturæ, præſentibus judice & ſcabinis, amicabiliter articulatim interrogari debeat, addita veritatem confitendi ſeria admonitione, cui declaratio ſubnectenda, quod ſi rurſus confiteretur, revocationem locum invenire ac metum torturæ eundem excuſare haud poſſe. Quem in finem ſacerdos eidem adjungendus eſt, qvi Inquiſito ſatis declaret, qvomodo conſcientiam tuto ſalvare debeat, ac, ne delictum perpetratum reticeat, neque etiam plus qvam patraverit confiteatur, & hac ratione αὐτόχειρ fiat, eundem ſuaviter ſubmoneat; Sin itaque Inquiſitus his præmisſis ac rite obſervatis, delictum ingenue rurſus affirmet, hæcce aſſertio pro ratificata habetur, adhoc ut poſtmodum, pro ratione delicti, etiam ad mortem ſtatim condemnetur, ac licet poſtea rurſus revocet, condemnatoria nihil ominus executioni mandetur. Sin vero in negativa his præmisſis perſeveret, in locum torturæ perducendus, atque tunc licet revocata negatione, determinati gradus torturæ, nihil ominus omnes exeqvuntur, ita tamen formatis interrogatoriis, qvæ majoris perſpicuitatis gratia germanice ſubnectere libet. Ob nicht Inqviſit ſein Bekändtnis bloß zu dem Ende ſich von der Marter loß zuwürcken thue? woher es geſchehen/ daß er bißher die That bald geleugnet/ bald geſtanden? ob er ſolches ſelbſt erſonnen/ oder ob er von andern/ und von wem/ auch durch was vor Gelegenheit er dazu verleitet worden? ac poſtmodum, ea, qvam conſtanter aſſervaverat depoſitio ſeu negativa, ſeu affirmativa fuerit, pro vera ac indubitata in dictanda pœna vel abſolutione habetur.

§. 16. Neque mitius agendum, cum Inquiſito qui licet aut multum, aut exiguam partem torturæ, vulgo, den Angriff/ perpeſſus, poſtea vero in humanis doloribus coactus delictum confite-

ſtetur, & rurſus revocat. Ibi etenim ſtat certo regula QVOTIES REUS NON SATIS, ET SECUNDUM RIGOREM SENTENTIÆ TORTUS, CONFESSA, VULGO die Uhrgicht/ IN RATIFICATIONE, NON ADDUCTA PROBABILI RATIONE RURSUS NEGET, TOTIES ETIAM REITERANDAM ESSE TORTURAM. *B. Carpz. Pr. Crim. p. III. qv. 126. n. 46. ſeqq. Hyppol. de Marſiliis in Pr. Crim. §. 5. Brunnem. ad l. 16. & l. 18. §. 1. ff. de quæſt. n. 3. & citati ſupra §. 9.* Verum eadem hæc regula duobus ſolummodo involvitur dubiis, *quando videlicet tortura ſatis dicatur peracta*, nec non, *quid per reiterationem proprie indigitetur*, circa quorum reſolutionem mirum qvantum diſſentiunt Ddres, neque unquam hactenus conciliati fuere.

§. 17. Quamvis etenim res expedita ſit, torturam non niſi perpeſſis à reo omnibus in Sententia expreſſis gradibus, & inſtrumentis peractam dici poſſe, hoc qvidem facilius procedet in territione, ac primo, qvi vulgo ſtatuitur torturæ gradu, quippe ubi ſingula inſtrumenta, an & quatenus applicanda nominatim ſententiæ inſeruntur. Adeoque interritione, quæ moribus Saxonicis, ſi verbalis ſit, exprimitur, den Gefangenen dem Scharff-Richter vorzuſtellen / und durch denſelben / als ſolte und wolte er ihn angreiffen jedoch unangegriffen / in Güthe befragen laßen. Sin realis, den Gefangenen den Scharff-Richter auf dieſe maſſe zu untergeben / daß er ihn mag ausziehen entblößen / zur Leiter führen / die zur Peinlichkeit gehörigen Inſtrumenta vorzeigen / auch da es nöthig / die Daumen-Stöcke anlegen / und damit zuſchrauben / *quandoque etiam*, und wo dieſes nicht fruchtet mit denen Schnüren den Anfang zumachen / jedoch daß es bey dem verbleibe / und mit *Inquiſito* zu dieſenmahl weiter nichts vorgenommen werde. Quicquid etiam diſſent: *Blumlach. in Not. ad art. 45. Ord Crim. Carol. n. 6. ſeqq.* & ab eo citati; In primo torturæ gradu, qui his concipitur verbis, den Gefangenen dem Scharff-Richter auf dieſe ꝛc. zuzuſchrauben / und wo dieſes nicht fruchtet mit denen Banden zuſchnüren / jedoch daß es bey dem wie jetzt gedacht verbleibe / forcipibus aut funiculis pro ratione ſententiæ carnifex tenetur continuare, & antequam hoc peregerit, tortura penitus ab-

ſoluta dici neqvit: At quando ad ſecundum & tertium gradum devenitur, quorum prior verbis ſolummodo, **mit der Schärffe ziemlicher weiſe** / poſterior vero **mit der Schärffe angreiffen / und befragen zulaßen** / indicatur, res minus expedita eſt, ibi namque inſtrumenta ſigillatim non indicantur, ſed ſoli judicis executoris experientiæ & dexteritati res ſolet committi.

§. 18. *Carpzov.* equidem, & cum eo alleg. *Pr. Crim. p. III. qu. 117.* ex reſponſo veterum Scabinorum Lipſienſium *n. 67.* inſerto; affirmat, utroque caſu ſecundo ſcil. & tertio gradu initium â funiculis **denen Banden** tantum ſumi, adeoque forcipes omittendos eſſe. Et quanquam aſſerti aliam, quam Scabinorum reſponſum expreſſe non addat rationem, attamen eò adductus inde procul dubio videtur, quod forcipes non torturæ ipſius, ſed territionis ſolum realis, ſpecies ſint, quæ tamen prout â tortura ipſa ſpecie diſtincta, dum nil niſi ſimulatio quædam carnificis nuda, de torquendo reo ſit, absque contractu & apprehenſione ejusdem; tortura vero in ſolo corporis cruciatu, ac dolore conſiſtat per *l. 15. §. 14. ff. de injuriis. l. 1. pr. §. 1. 7. ſeqq. l. 2. l. 3. l. 4. l. 10. §. 1. f. & §. 2. l. 16. l. 18. §. 1. & 2. ff. de quæſt. l. 12. l. 16. & l. ult. pr. C. eod.* qualis territio, cum ibi Inquiſitus dolores & cruciatus corporis non ſentiat, dici adeoq; ad Edictum de tortura pertinere nequeat. *Joh. Zang. Tr. de quæſt. & tort. c. 1. n. 89. ibiq; cit.* hincq; ſub voce torturæ forcipes nullatenus comprehendi poſſe, ſed initium potius a ligatura manuum, ubi arctisſima hâc ad oſſa usque conſtrictione ac ligatura manuum funiculis, corpus demum intolerabiles ſentire dolores. *cit. qu. 117. n. 60.* affirmat. Aſt quanquam largiamur, dolores hoſce longè atrociores eſſe iis quos forcipes excitant, nihil tamen impedit, quo minus huic ſecundo ac tertio gradui etiam forcipes ineſſe queant; cum nulla quoque ratione inficiandum ſit, iis dolorem haud exiguum etiam excitari, nec non metum & ſuſpicionem torquendi, torturæ aut ſaltem parti ejus æquiparari *Math. Steph. in not. ad art. Ord. Crim. 58. n. 3. ibique cit.* hincque cruciatum ad minimum augeri, & inſuper moribus Saxoniæ hodiernis, primus torturæ gradus etiam â territione reali incipiat, ac adeo *Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. qu. 64. §. 31. in fin.* aliorumq; opinio hac in parte prævaleat. Prouti non ſolum *novella*, licet inedità *Deciſione in ord. 26.* expreſſe deciſum, ſed & ex quotidiano Dicaſteriorum Saxonicorum pronunciandi modo *teſt. Ill. Lüd. Menckenio Tract. Synopt. pandect.*

*ad tit. ff. de quæſt. p. m. 648.* adparet; Inde nihil vetat quo minus a *B. Carpz.* Veterumque Scabinorum Lipſienſium reſponſo recedatur, ac in utroque torturæ gradu, vulgo der ziemlich ſcharffen/ und ſcharffen Frage initium à forpicibus fieri, atque in ſecundo gradu, abſolutis funiculis usq; ad extenſionem in ſcala, ac forcipes pedum, die Bein-Schrauben cruciatus extendi certo aſſeratur.

§. 19. Sed quousque extendenda ſit tortura, ſin tertius ejus dictetur gradus, vulgo die ſcharffe Frage/ oder mit der Schärffe/ altioris indaginis oritur quæſtio. *Carpz.* equidem *Pr. Crim. p. III. qu. 117. n. 63.* quem poſtea inter innumeros, noviſſime *Dn. Gottf. Mencke in uſu Theor. Pr. ff. tit. de quæſt. §. 11. in f.* ſequitur, aduſtionem Inquiſiti; tormentis, ad ſecundum gradum relatis, addunt, atque reum candentibus luminibus; ſulphure aut igne corpori injecto &c. dolores hoc caſu augendos ſtatuunt. Quin imo Carpz. hancce ſententiam reſponſo *Scabinorum Lipſ. Menſ. Nov. 1628.* exarato *n. 67. ibid.* munivit: atque idem Dicaſterium eundem tormentorum gradum in cauſa *F. L. de Pappenheim & Lips Dullians* noviter approbaverat, *Menſ. Majo 1703.* pronunciando: So erſcheinet darauß ꝛc. ꝛc. daß wenn beyde *Inquiſiten* ꝛc. ꝛc. man wohl befugt ſie mit der Schärffe zieml. weiſe/ auch geſtalten Sachen nach mit angezündeten Schwefel angreiffen/ und mit allen Ernſt befragen zulaſſen ꝛc. ꝛc. Attamen, cum hanc tormentorum ſpeciem unanimi voto non niſi in atrociſſimis delictis; præſertim vero in Crimine Magiæ, *teſt. laud. Menck. alleg. loc.* tantum adhibendam *Ddres* ſvadeant; nihilominus verò malitia hominum in tantum excreverit, ut etiam in atrocibus delictis, in quibus ſecundus reg. obtinet gradus, tormenta ibi uſitata, eruendæ veritati vix ſufficiant, aliæ quoque inveniendæ fuerunt ſpecies tormentorum, aliave inſtrumenta, quæ, quoniam ſecundo gradui annumerari haud potuerunt, tertium gradum, quo extra injectionem ignis alia uſitata inſtrumenta adhibere, *arg. l. 7. ff. de quæſt. & art. 58. Ord. Crim. Carol.* jam tum permittitur, conſtituant; Id quod etiam extra Saxoniam *Potent. Borusſiorum Rex in Ord. Crim. cit. de an. 1717. cap. 9. §. 3. in f.* excellentiſſime perſpectum habuit, atque tertium torturæ gradum absque ignis injectione, regulariter unico prioribus inſtrumentis, inſtrumento germ. den geſpickten Haaſen addito, adhibendũ ſancivit, injectionem vero ignis, ideo non abrogatam; ſolis delictis atrociſſimis reſervavit verbis: Und obſchon zu dieſen *Grad* auch gezeh-

let wird/ daß der *Maleficant*, mit Feuer/ Pech/ oder Schwefel beworffen werde/ ſo ſoll doch ſolches nur in denen ſchwereſten/ und gefährlichſten Verbrechen/ an deren Entdeckung und Beſtraffung dem *Publico* ſonderlich gelegen/ alsdann ſtatt finden/ wenn eine ungemeine verhärtete Halßſtarrigkeit bey dem *Inquiſito ex Actis* bemercket wird 2c. 2c. in quo, licet circa reliquos territionis & torturæ gradus diſſentiant, hodienum Dicaſteria Saxonica Elect. conveniunt equidē, eo tamen habito diſcrimine, quod hoc caſu alia adhuc & plura, quam in Marchia adhibeant inſtrumenta, quæ variis ideo prius exquiſitis à Potentiſſimo Legislatore Saxonico, Dicaſteriorum & Judiciorum reſponſis, quorum aliquot refert *Excell. Dn. Bergerus in Elect. Proc. Inquiſ. cap. 3. membr. 3. n. 1. ſeqq.* poſtquam â priore opinione receſſerat; ſequenti ordine & modo inquiſito cuidam præfractæ frontis Chriſtiano Thoma applicanda; Prætorio Lipſienſi interroganti an. 1712. arbitratus eſt *Scabinatus Elect. Lipſ.* prout ſequenti Reſponſo, quod informationis gratia totum inſerere lubet, continetur:

Auf derſelben an uns gethane Frage ſprechen Wir Chur-Fürſtl. Sächßl. Schöppen zu Leipzig vor Recht:

Iſt unlängſten Chriſtian Thomaßen wegen beygemeßenen gewaltſamen Einfalls zu Krippena und Kirchen-Raubes zu Rötha die ſcharffe Frage zuerkandt worden/ und wollen Sie/ auf was maßen ſolches Urtheil durch den Scharff-Richter an ihn zu vollſtrecken/ berichtet ſeyn; Ob nun wohl nicht überall ein *modus* der *Tortur obſervi*ret/ ſondern darinne hin und wieder gar ſehr *vari*ret/ auch nach Art der Mißhandlung/ und der *Delinquen*ten Zuſtande in ein und andern Unterſcheid gehalten wird. Inſonderheit aber/ wenn durch den höchſten Grad das wahre *Factum* aus verhärteten Böſewichtern ans Tagelicht zubringen/ unter andern auch mit der Hährnen Leine unter denen Armen und Beinen hin und wieder gezogen/ ſo wohl bey dem Spannen in Böcke durch ein ſaltzigtes Geträncke in einem eingeheitzten Zimmer *Inquiſi*ten großer Durſt verurſachet/ ingleichen die ſo genandte Pommeriſche Mütze/ oder der Krantz/ da entweder ein Flechſener Strick/ woran eißerne Glieder angereichet/ und dar-

zwi-

zwiſchen Knothen geknüpffet ſind / oder auch ein Hährnen Seil mit Knothen um die Stirne gemacht / und vermittelſt eines Knöbels angezogen wird / pfleget *applici*ret zu werden.
Dieweil aber durch das Fitzſcheln mit Hährnen rauchen Seilen / wann ſcharff angezogen wird / wegen des hefftigen Brennens / Lähmung der Flechſen und Nerven verurſachet / über dis die *Medicini*ſche *Facultæt* allhier in ihren allbereit Anno 1703 erſtatteten Guthachten / daß bey dem Spannen in Bock das ſaltzigte Geträncke tödtl. Ohnmachten nach ſich ziehe / die Pommeriſche Mütze aber / oder der Krantz ohne hefftiger *commotione cerebri* nicht angeleget werden könne / erinnert hat; Und bey der Tortur doch jedesmahl darauf zuſehen / daß dem *Inqviſiten* an ſeinen Leben kein Schade zugefüget werde / jedoch auch die Scharff-Richter dahin anzuweiſen ſind / daß ſie bey harten Verbrechern und Ubelthätern die *Tortur* dergeſtalt einrichten ſollen / daß dieſe die Warheit zu hinterhalten nicht Anlaß nehmen mögen / wie ſolches Sr. Königl. Majeſtät und Churfürſtl. Durchl. zu Sachßen Unſer allergnädigſter Herr untern *dato* Dreßden den 9. *Julii* 1703. an Sie / die hieſigen Stadt-Gerichte / abſonderlich in Gnaden anbefohlen / auch dahero das Schnüren bis an / und über die Ellbogen / wie auch das Bewerffen mit brennenden Schweffel auf die Schultern des *Inquiſiti*, doch alſo / daß es deßen Brüſte nicht berühre / bey der ziemlichen ſcharffen Frage / nach befundenen Umſtänden bishero gebrauchet worden; Im übrigen / daß auch das Schnüren an dicken Beinen mit gewöhnlichen Banden ohne Gefahr der Geſundheit geſchehen möge / von beſagter *Medicini*ſchen *Facultæt* dafür gehalten wird / nach mehrern Inhalt ihrer Frage.
So wäre an Chriſtian Thomaßen die ſcharffe Frage der geſtalt / daß ihm Daumen-Stöcke angeleget / und damit zugeſchraubet / mit denen Banden bis an und über die Ellbogen / wie auch denen dicken Beinen geſchnüret / hierbey zugleich ihm der Halßkragen / womit er in etwas dann und wann in die Höhe zuziehen / daß er nur auf den Zehen fußen könne / umgethan / ferner auf die

Leiter geſpannet / mit denen Händen rücklings an einen Kloben auf derſelben in die Höhe gezogen / ihm die Spaniſchen Stieffel angeleget / und damit zugeſchraubet / auch etlichemahl darauf geklopffet / hierüber derſelbe mit Schweffel-Federn auf denen Schultern beworffen / auch endlich in den Spanniſchen Bocke jedoch ohne Gebrauch des ſaltzigten Geträncks deßen Daume und Zehen zuſammen geſchraubet werden / zu vollſtrecken. V. R. W.

§. 20. Minime autem ſufficit, ſaltem genus torturæ, & cruciatuum noſſe & applicaſſe, ſed ad id ut tortura pro plenarie conſummata reputari queat, juſtum inſuper requiritur temporis, quod ad minimum horæ unius cenſetur; ſpatium; *Brunn. de proc. Inquiſ. c. 8. membr. 5, n. 67.* quo Inquiſitus dolores excitatos, & quidem quemvis exactè etiam ſentiat, quippe in quem finem ſententiis; quibus gradus exprimuntur, apponuntur verba, und da dieſes nicht fruchtet / qui alias eluderetur, & Inquiſito occaſio tormenta parvi habendi, itidem ſuboriretur. *Brunnem. ad l. 16. ff. de pœn. n. 3.* Quamquam unicam tantum horam, adeo præciſe obſervare, ut diutius extendi plane nequeat tortura, neceſſum non eſt, cum hac in parte nimis ſtrictam ejus ex mera conſvetudine, obſervationem ſæpius reprobatam invenire liceat, & pro ratione reorum & delictorum utique ultra duas vel tres horas, eandem extendere, omnino liceat. Quid in Marchia obtineat, vide *Ord. Crim. March. de an. 1717. cap. 9. §. 10.*

§. 21. His itaque præmiſſis, circa hanc ancipitem quæſtionem, in Saxonia Elect. tuto ſuperſtruitur regula: TORTURAM SATIS ADHIBITAM NON PRIUS DICI, NISI TAM GRADUS IN SENTENTIA DENOMINATI, INTERCEDENTIBUS INSTRUMENTIS SINGULIS, AUT SPECIATIM PRÆSCRIPTIS VEL ALIAS USITATIS, QUAM ETIAM TEMPUS SOLITUM ADEOQVE DEBITA EXCITATIO ET DURATIO DOLORUM, ACCURATISSIME OBSERVATA FUERINT; adeò, ut ſi in alterutro horum, vel etiam ſola carnificis imperitia peccatum, tortura pro plenarie abſoluta non habeatur, ſed reus poſtea confeſſionem negans, vel ex hac ratione, quod priori ſententiæ nondum ſatisfactum, denuo torquendus, ſit; unanimi Dicaſteriorum omnium Electoratus Saxonici

nici conſenſu, quem tam Scabini, quàm Facultates Juridicæ Lipſienſes & Wittebergenſes quatuor conformibus ſententiis *an. 1718. & 1719.* in cauſa **Suſannen Rößlerin** ad interrogationem Prætorii Lipſienſis, teſtati ſunt. Eo quoque collimat, *Reſcriptum Potentisſimi Regis & Electoris Saxoniæ ad Prætorium Lipſienſe directum d.d. Dresdæ d. 9. Junii 1703.* als habet ihr den Scharff-Richter dahin anzuweiſen/daß bey harten Verbrechern und Ubelthätern Er die Tortur dergeſtalt einrichten möge/ damit weder durch **Kürtze der Zeit**/ noch **in andere Weiſe** dieſelben die Warheit zu hinterhalten Anlaß nehmen können; Et licet ab eorum non abhorreamus ſententia, qui tunc torturam ſatis peractam contendunt, ubi delinquens omnes in ſententia determinatos gradus ſaltem perpeſſus fuerit, aut adminimum, quo minus legitime expediri potuerint, per eum non ſteterit, adeoque hinc Inquiſitum finità ea tortura confeſſata negantem absque novis, & ſuo genere à prioribus diſtantibus fortius gravantibus indiciis, torturæ rurſus haud ſubjiciendum eſſe autumant, cum non niſi propria culpa emergens damnum ſaltem non ſentire quis cenſeatur. *l. 203. ff. d. R. J.* & h. l. vera reiteratio intercedat, quæ absque ſupra memoratis indiciis novis per *art. 57. Ord. Crim. & Conſt. El. ante hac ineditam non vero abrogatam*, locum invenire nequit. Occaſionem tamen priori regulæ tum creſcens indies delictorum copia, hominumque perverſitas, quæ aliàs pœnas quoque exaſperant *l. 28. §. 5. ff. de pœn.* dediſſe videtur; tum etiam, quod ſententiæ in criminalibus latæ, cum plerumque non niſi circa improbos ac ſceleratos verſentur, ac ideo ſolidisſime, minutisſimisque etiam accuratisſime ponderatis concipiantur, ſtrictisſimam & accuratisſimam requirant expeditionem. *Proſp. Farin. in Pr. Crim. lib. 1. tit. 5. qu. 37. n. 110. Math. Steph. in Not. ad art. 20. Ord. Crim. n. 2.* cujus interpretatio & relaxatio judici inferiori præſertim in Saxonia Elect. ubi Judices ſpecialiter iisdem adſtricti ſunt, nullatenus conceditur, teſte *Ord. Polit. de an. 1612. Tit.* von *Juſtitien* Sachen v. und ſo dann ferner & v. Sowohl auch folgends ꝛc. ꝛc. & *Reſcript. Elect. Sax. Scabinis menſ. Jan. 1579. in fin. apud B. Carpz. Pr. Crim. p. III. qu. 107. n. 69. jung. Sebaſtian Guazzin. ad Def. reorum lib. 2. Def. 30. cap. 24. n. 9. ibique alleg. Peregr. in Conſ. Deciſ. 2. n. 130. lib. 2. aliiq;.*

§. 22. Prouti vero quæſtio, qvando tortura conſummata dici queat, ſatis diſcuſſa, ita reiterationis quoque diſpiciamus ſignificationes,

 ordo

ordo poſtulat. Aſt dum ſub ea nihil aliud quam repetitionem perpeſſæ torturæ intelligimus, hic quoque nobis, inſtituti rationem habentibus, quæſtionem repeti poſſe ex *l. 16. & l. 18. ff. de quæſt.* ſufficit, & reliqua; ſingulos caſus, omniaque indicia, quando reiteratio, locum habeat, enumerare non licet, quæ apud Ddres pasſim, præſertim *Proſp. Farin. de Ind. & Tort. l. 5. qv. 52. n. 2. 3. ſeqq. Jacob Menoch. de arbitr. Jud. caſ. 272. Jodoc. Damhoud. Pr. Crim. c. 18. n. 12. Conſ. Marpurg. Vol. 2. Conſ. 16. n. 9. ſeqq. Math. Steph. it. Chr. Blumlacher in not. ad art. 55. Ord. Crim.* aliosque ordine explicantur, & demonſtrantur. Sed id in præſentiarum tantum quærimus *An, quando tortura reiteranda dictatur, etiam primus & infimus gradus ſit repetendus, an vero ſaltem ab eo gradu, qui ultima vice abſolutus haud fuerat, rurſus inchoandum & poſtea continuandum ſit?*

§. 23. Circa hanc materiam ii, qvi judici poteſtatem ſententias Criminales in Dicaſteriis latas interpretandi concedunt, ultimam quoque amplectuntur opinionem, & una cum anteriori *Ord. Malefic. Brandenburg. Tit. 3. art. 13. nunc eqvidem per Ord. Crim. nov. de anno 1717. Cap. IX. §. 10. pr. mutata* ſtatuunt; ejusmodi reiterationem nihil eſſe aliud quam continuationem prioris torturæ, quæ eo lubentius concedenda, quo magis vitæ & ſanitati Inquiſitorum hac ratione adeo inſigne non afferretur damnum, ac ſi totus terribilis torturæ tractus una ſerie perageretur. Aſt qualem qualem etiam æquitatis ac commiſerationis aſſertio iſthæc præſeferat ſpeciem, ex erroneo tamen orta videtur fundamento, quo tortura una ſerie injuncta v. g. daß der Scharff-Richter daferne Inquiſit ſein Bekäntnis in der Güte nicht thun will, wohl befugt die Daumen-Stöcke anzulegen, und damit zuzuſchrauben, auch wo dieſes nicht fruchtet mit denen Banden zuzuſchnüren, in varias disjungere ſpecies juxta *Guazzinii* ibique citatorum conceditur ſententiam; *Lib. II. Def. 30. Cap. 23. n. 6.* ita, ut hodie forcipes, cras funiculorum initium, ſequenti die conſummatio funiculorum &c. applicentur, id quod tamen omni juris rationi repugnat. Cum enim tortura eum in finem ad inventa fuerit, ut veritas vel confesſio, quæ aliter nullis levioribus modis à ſcelerato, evidentioribusque indiciis gravato haberi nequit, intercedentibus crutiatibus vi extorqueatur, *l. 15. §. 41. ff. de Injur. & tot. tit. ff. & C. de Quæſt.* & hinc pro gravitate delicti, aut ſuſpicione perſonæ augeatur vel minuatur, ad id, ut coacervatis doloribus

veri-

veritas citius eliciatur, finis hicce, perverſo ejusmodi procedendi modo plane eliditur, & peſſimis jam jam Inquiſitis, anſa veritatem reticendi ſuppeditatur, dum dolores, qui conjunctim veritati exigendæ vix ſufficiebant, in ſolatium ſcelerati ſeparantur; Accedit, quod poſtea tortura ſemel dictata & perpeſſa, absque novis & fortius gravantibus indiciis per *art. 55. Ord. Crim. ibiqueSteph. in Not. Proſp. Farin. de Ind. & Tort. l. 5. qv. 52. n. 2. 3. ſeqq.* reiterari nequeat. Hic vero, ſi perpeſſa priore tortura, nova & fortiora non emergant indicia iniqvum, imo contra expreſſas foret leges: Inquiſitum citra omnem ſuam culpam, denuo crutiatibus novis exponere, hac unica commoti ratione, quoniam initio præſumtio non fuiſſet, Inquiſitum dictatum totum torturæ gradum perpeſſurum. Cum initio, antequam tortura dictetur circumſtantiæ, ac indicia curatisſime ſint ponderanda, ac pro eorum qualitate & gravitate tortura augenda; ex poſt facto vero & effectu acta notare velle, præſertim in hoc caſu ubi ſapientis plane non eſt dicere non putaram, periculoſum ſit.

§. 24. Miſſa itaque hac miti nimis opinione, rationibus antea in contrarium adductis commoti; iis album noſtrum addimus calculum, qui; quoties reiteratio torturæ dictetur, toties eandem ab infimo ejus etiam gradu inchoandam eſſe contendunt; ſvadente *D. Jac. Fried. Ludov.* Einl. zum Peinl. *Proceſſ, Cap. 9. §. 43.* Hoc etenim proprie Reiteratio ſ. nova inchoatio dicitur atque his probe ponderatis Deciſio prioris caſus §. *16. & 22.* ſponte fluit INQUISITUM ſcil. ANTE FINITAM TOTAM TORTURAM SIVE HOC VITIO CARNIFICIS, SIVE ALIO, QUIN IMO IMPERITIA JUDICIS v. g. quædam interrogatoria neceſſaria omittentis ACCIDAT, *teſt. Brunnem. ad l. 16. & l. 18. §. 1. ff. de quæſt. n. 3. ex Theſaur. lib. 3. qu. 10.* CONFITENTEM, POSTEAQVE REVOCANTEM, DENUO OMNES, IMO INFIMOS TORTURÆ GRADUS PERPETI TENERI, ne ſcil. reus hoc modo, ſi ſaltem ubi antea deſierat rurſus inchoaretur tortura, media invenire poſſit, dolores leniendi, & adeò ſententiam, omniaque veritatem extorquendi media eludendi. Quod, prouti rectæ rationi, imo omni æquitati maxime conſentaneum, ita in Saxonia Elect. etiam Deciſum, ac in ſententiis quotidie obſervatum luculentisſimo ſupra citato Suſannæ Röslerin exemplo videre eſt; dum ſententiæ *Menſ. Mart. 1718.* quæ reite-

rationem adjudicabat, expreſſa ratio decidendi inſerta erat; Dieweil aber dennoch dem vorigen Erkäntniße mit völliger Vollſtreckung der Marter kein Genügen geſchehen; & antea jam jam in cauſa *F. L. de Pappenheim Menſ. Aug. 1703.* ob furtum violentum in Domo Beuchlingiana Dresdæ inculpatum his verbis: Hat obbemeldter *Inquiſit*, als er unſern vorigen Urthel zu folge dem Scharff-Richter auf gewiſſe maße untergeben worden / beym Anfang der Schnüren geſtanden und bekandt ꝛc. ꝛc. welches alles er doch / als er den 3ten Tag darauf auſſerhalb den Ort der Tortur anderweit in Güthe befraget worden / wiederruffen / und auf ſeine Unſchuld ſich bezogen / mit dem Vorgeben / er wiſſe von der Sache nicht das allergeringſte / er habe nicht ſo viel als eines Dreyers werth aus dem Gräffl. Beuchlingiſchen Hauſe geſtohlen / ſie hätten wie er ſchon vielmahl außgeſaget / die Sachen gefunden / Er habe was er bey der Marter bekandt / aus Noth außgeſaget / es hätten ihm die Finger gebrennet wie Feuer / es wären ihm die Stücken Fleiſch aus der Hand / und die Knochen zu ſehen / und dergeſtalt / weil die in unſern vorigen Urthel erkandte Marter an ihm am wenigſten theil vollſtrecket iſt; Er auch in der fernerweitigen *Defenſion* etwas ſo ihn zuſtatten kommen möchte / nicht außgeführet / nochmals ein deutlicher Bekändtniß aus ihn zu bringen ſeyn will. N. M. J. D. J. A. So wird wieder F. L. von Pappenheimen nach Anleitung unſeres vorigen Urthels anderweit billig verfahren / und er über die daſige vorgeſchriebenen *Interrogatoria* mit allen Ernſt befraget; Nec non in cauſa Gottfried Schollengs *Menſ. Septembr. 1712.* cui furtum in domo Sereniſſ. Ducis Trautſohnii Viennæ perpetratum, eique inculpatum extra torturam neganti, cum durantibus forcipibus affirmaſſet, poſtea vero loco ratificationis, negaſſet; neque probabiles revocationis cauſas allegare potuiſſet, ex iisdem rationibus reiteratio his formalibus dictabatur; Ob wohl Gottfried Schollenг als er mit der Schärffe zieml. weiſe angegriffen werden ſollen / unter denen Daumen-Stöcken / daß er / und der Hartſchierer Raphael Ihro Hochfürſtl. Durchl. zu Trautſohn *fol. ſpecificir*ten Sachen diebl. entwendet / geſtanden; dieweil Er aber dennoch ſolch ſein Bekändtnis als er hernachmahls auſſer

dem

dem Orth der Tortur darüber befraget worden / wiederruffen; Gleichwohl deßen keine zulängl. Urſachen anzuführen vermocht / noch die vormahls wieder ihn ſtreitenden ſcharffen *Indicia* (*i. e. non perpeſſis cruciatibus*) abgelehnet / vielmehr ſolche durch ſein Anfangs gethanes Bekändtnis beſtärcket worden / ſo iſt unſer voriges Urtheil zuförderſt nochmahls an *Inquiſito* zu vollſtrecken / und er über die darinnen enthaltenen *interrogatoria* zubefragen ꝛc. ꝛc.

§. 25. At nec ſufficit ejusmodi farinæ ſociis ſemel tantum confeſſata revocaſſe dum etenim prima vice ſe doloribus liberatos perſpiciunt, altera vice id repetunt, & hoc illicito, etiam â pœna tandem ſe liberare tentant modo. Et revera in Saxonia noſtra prout etiam reliquis Germaniæ Provinciis parvo intercedente diſcrimine, uſu hactenus invaluit: Inquiſitum qui in delictis atrocibus ſecunda, in atrociſſimis tertia vice tortus delictum confitebatur, ac poſtea negabat, pœna ordinaria mitiore ob delictum illiqvidum, puniri, hac potiſſimum obſervata ratione, quod infinitum â jure maxime in odioſis reprobetur. *l. 11. §. 18. ff. de legat. 3. l. 13. §. ult. ff. de damn. inf. arg. C. 15. §. pen. X. de teſt.* Et quidem quod Saxoniam attinet, ob expreſſam *Conſt. Nov. IX.* qua perhibetur in atrocioribus tantum duabus, in atrociſſimis vero ſolum tribus vicibus qvæſtionem repeti poſſe, & poſtea, licet etiam nova indicia emergant, inquiſitum pœna extraordinaria tantum puniri, prout hanc ſententiam latiſſime perſequitur, & ulterioribus rationibus munivit *Carpz. Pr. Crim. p. 3. qv. 125. n. 39. ſeqq.* Aſt quum hæcce *Conſtitut. Elect. ult. IX.* quam *in Append. Corp. Jur. Sax. p. m. 72.* habes, tantum de eo loquatur caſu, qvando tortura, quam Inquiſitus jamjam penitus perpeſſus eſt, ex novis ſupervenientibus indiciis reiterari queat, neutiquam vero præſentem ſtringat caſum, ubi inqviſitus, qui nullam unquam torturam juſte perpeſſus denuo torquendus eſt, recte monente eod. *Carpz. qv. 126. n. 41.* male iſthæc conſtitutio tam â *Carpz.* quam aliis præſenti ſtatui hactenus applicata eſt. Et certe neſcio, an non hac juſto mitiore legum explicatione; reis perverſis ac ſceleratis impune delinquendi, aut ſaltem torturæ intentatæ pœnæque ordinariæ effugiendi rigorem, occaſio fuerit ſubnata; Prouti hoc penetraſſe videntur ii Ddres, qui *ref. Excell. D. Bergero in Elect. Juriſp. Crim. cap. 3. membr. 1. ſqq.* poſtea, loco dictitandæ relegationis perpetuæ, quam commu-

communiter parvi æſtimant rei, & in alienis territoriis ad priſtina delicta revertuntur, Inquiſitos ad perpetuos carceres pro ratione delinquentium vel delictorum in Ergaſtulum aut ad metallum vulgo den Veſtungs-Bau damnarunt; Qvam ſententiam adeo etiam approbaverat legislator Sereniſſimus, ut pœnam relegationis ejusmodi Inquiſitis à Collegiis dictatam, intercedentibus Reverentialibus quotidie in pœnam carceris commutaverit. Quod innumera hujus argumenti teſtantur reſcripta.

§. 26. Aſt & hæc, ejusmodi caſibus ſupervacanea viſa eſt opinio, cum firma criminis confeſſio aut negatio, alio jamjam eoque, validiſſimo ab Inquiſito exigi, atque hinc ad pœnam delicto exæquatam ordinariam perveniri queat modo, ſcil. & in præſentiarum ſupra §. 14. & 15. delineatus proceſſus locum ſibi itidem vindicat; cum nulla, aut ſane exigua ſatis diverſitatis huc ſubſit ratio. Quanquam etenim initium torturæ, quod ſupra non acciderat, ſubſecutum, atque ſic Inquiſitus ad minimum partem cruciatuum duplici vice perpeſſus fuerit, adeoque duplex hæc inchoatio pro tota tortura, præſertim in Criminalibus, ubi alias mitior ſententia ſemper obtinet *arg. l. 5. ff. de Pœn. l. 51. ff. pro Socio. l. 4. §. 12. ff. de vi bon. rapt. c. 2. de R. J. in 6to cap. ult. X. de Præſumpt.* haberi queat. Attamen tortura, eò ordine, quo dictata fuerat, Inquiſito continua ſerie applicari haud potuit. Quod nihil ominus abſolutæ neceſſitatis, Cum ſecundum doctrinam *Baldi in l. 2. n. 3. de Quæſt.* levis tortura pro tortura neutiquam reputetur, & præter, quod ſententiis hujusmodi per ſuperius §. 21. deducta; ſtrictiſſime ſit inſiſtendum, finis torturæ, qui eſt expreſſio veritatis *l. 10. l. 12. C. de Qvæſt.* hac ratione nullatenus obtineretur, dum cruciatus, quorum dolor conjunctus & continuus ad inveniendam veritatem, â Sententionantibus demum ſufficiens judicatus eſt; nunc malitia Inquiſiti citra neceſſitatem, ne dicam, quaſi in favorem ejus disjungeretur, & occaſio feliciter negandi eidem ſponte ſuppeditaretur, id quod tamen jura expreſſa ubique ſummopere abominantur. Hinc, cum alias in jure idem ſit aliquid non fieri, aut ſaltem non legitime fieri *arg. l. 6. ff. qui ſatisd. cog. l. 4. §. 6. ff. de re jud.* fruſtra quoque â repetitione tertiæ torturæ excuſabitur reus, quippe qui ſibi imputet, quod toties reiteratà varitationè anſam adeo extra ordinem cum eo procedendi ipſe dederit, atque omne damnum, ſi quod ſentire poſſit, propria cul-

pa, adeoque juſte ſentiat *l. 203. ff. d. R. J.* quem procedendi modum, prout rurſus certo deciſus eſt, ſtrictiſſime coram Prætorio Lipſienſi obſervatum videre eſt in Actis ſupra memoratis Gottfried Schollengs; Cui, cum altera vice, initio forcipum rurſus crimen confiteretur, ac poſtea negaſſet, ſecunda vice reiteratio torturæ dictata à Dominis Scabinis *Lipſ menſe Decembr. 1712.* & cum etiam eo tempore, quo torturæ ſecunda vice reiteratæ ſubjiciendus eſſet, adhuc vor den Angriff delictum affirmaſſet, & poſtea confeſſionem extra locum torturæ revocaſſet, tandem tortura tertia vice reiterabatur, præcedente tali Scabinatus Electoralis ſententia *Menſ. Jan. 1713.* lata. Dieweil Gottfried Schollenг nochmahls/ als die ihm zuerkandte Peinlichkeit an ihn vollſtrecket werden ſollen/ an den Orte der *Tortur* ſo fort ehe er es zum würckl. Angriff kommen laſſen/ daß er und *Raphaël* Jhro Hochfürſtl. Durchl. zu Trautſohn *fol. ſpecificir*te Sachen dieblich entwendet geſtanden/ ſolch ſein Bekändtnis aber hernach/ als er in Güthe anderweit vernommen worden/ wiederruffen/ da er doch deßen keine erhebl. Urſache anzuzeigen vermag; alſo die ſchon vorhin wieder ihn verhandenen *Indicia*, nicht nur keines weges gebührend abgelehnet/ſondern ſelbige durch ſeine ſo vielfältigen *variationes* vermehret worden: So will von nöthen ſeyn/ daß unſer voriges Urthel nochmahls zuförderſt an ihn/ und zwar in Beyſein eines Geiſtl. von welchen er ernſtlich zuvermahnen/ daß er GOTT die Ehre geben/ und weder das jenige/ ſo er hierunter gethan hartnäckigt verleugnen/ und hinterhalten/ noch aus Furcht der Marter ein mehrers/ als wahrhafftig von ihn geſchehen bekennen ſolle/ vollſtrecket/ und er über die darinnen enthaltenen *Interrogatoria* befraget werde/ Ergehet ſo dann ꝛc. ꝛc. was recht iſt; Quam non ſolum per omnes in ſecundo gradu bey der Schärffe ziemlicher maßen ſolitos gradus perpetiebatur, ſed & in negativa conſtanter perſeverabat, ac poſtea ob alias incidentes circumſtantias perpetua relegatione abſolvebatur, quæ poſtmodum Reſcripto Regio in carceres temporales auf den Veſtungs-Bau mutabatur. Sicuti eundem procedendi modum præcedente trina variatione coram eodem Prætorio Lipſ. anteà *anno* 1704. expertus erat Fridericus Ludovicus de Pappenheim, intercedente

dente *reſcripto regio D. D. Dreſdæ d. 25. Febr. 1704. hujus tenoris. P. P.* Begehren aber hiermit ihr wollet den Inquiſiten nochmahln vor euch fodern / ihn auch die reine Wahrheit zubekennen ernſtlich vermahnen / in Fall er aber / daß er den Diebſtahl mit verüben helffen / in Güthe nicht geſtehen wolte / ihn nachdrückl. dahin / daß er noch einſten von den Scharff-Richter würde angegriffen / auch da er ſeine Unſchuld bey gäntzl. Vollſtreckung der ihm zuerkanten Marter nicht erhalten / ſondern wie bisanhero geſchehen / das ihme beygemeſſene Verbrechen zwar bekennen / nachmahls aber ſolch Bekäntnis widerruffen ſolte / dennoch ſolcher Widerruffung ungeachtet / er mit dem Strange von Leben zum Tode würde geſtraffet werden / bedeuten / und habt ihr ſo dann ungeſäumt rechtl. Erkäntnis einzuhohlen / und ſelbigen gebührend nachzugehen ꝛc. quem caſum cum latisſime perſequatur *Dn. D. Dondorff. in Diſp. de Revocat. confeſſ. per torment. extortæ anno 1716. Lipſ. habita* eundem fuſius exponere, ne plagii arguamur, huc merito ſuperſedemus & L. B. eo remittimus.

§. 27. Aſt quid, ſi Reus durante adhuc, aut perpeſſa penitus tortura, adeò ut tam ratione inſtrumentorum, graduum &c. &c. quam temporis, plene abſoluta fuerit, delictum nihilominus metu pœnæ v. g. capitalis, ſolo executionem protrahendi animo, ſtatim peracta tortura, adhuc in loco torturæ revocet, & extortam eſſe vi tormentorum aſſerat. Abſolvendum tunc reum ſtatuunt, *Math. Steph. in not. ad art. Ord. Crim. 58. n. 5. & Carpz. Pr. Crim. p. III. qv. 126. n. 61.* ideo, quod hæc revocatio variatio proprie dici nequeat, cum ea, quæ in continenti fiant ineſſe ſtatim videantur. *l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 41. ff. de Reb. cred.* & quod in continenti fit, emendationem potius quam variationem appellandum, aſſerat *Jul. Clar. in Pr. Crim. §. ult. qu. 21. n. 39.* Aſt quanquam opinio hæc vera videatur de eo caſu, ubi Inquiſitus durante tortura revocat, & poſtea in eadem negatione perſeverat, attamen tunc ubi finitis cruciatibus ſtatim ſubnectit revocationem in Saxonia Electorali ob ſæpius *alleg. Conſt. IX.* id non procedit, ſed & tunc tortura ideo reiteranda erit, quoniam facta confeſſione, novum reiterationis dictitandæ indicium ſubminiſtravit. Quem pronunciandi modum, in cauſa Annen Dorotheen Gallin / noviſſime obſervarunt Dni. Scabini Lipſienſes *Menſ. Junio 1719.*

1719. ſequentibus Sententiæ ad inſtantiam Praetorii. Lipſienſis latæ, rationibus inſertis P. P. Obwohl jetztgedachte *Gallin* als ſie unſern vorigen Urthel zu Folge dem Scharff-Richter auf gewiſſe maſſe untergeben worden unter denen Schnüren *ad interr. 7.* den Richteriſchen Diebſtahl geſtanden / dieweil ſie aber dennoch ſo wohl alſofort bey ihrer damahls fernerweit gethanen ; als auch der am 22. April hernach *fol. ſeqq.* wiederholten auſſage in der That gantz ein anders vorgegeben ; inſonderheit ſelbſt nicht Hand angeleget und die Deübe vollbracht ; ja nicht einmahl darvon *participi*ret ; Sondern nur etwas als geſchenckt bekommen haben will / ungeachtet ſie ſehr ſtarck *gravi*ret / auch vor ietzo nicht allenthalben auf einer Rede bleibet / und ihr geſamtes Vorbringen mit demjenigen was bereits wieder Sie zu denen *Acten* gebracht nicht übereinſtimmet / noch ſonſten wahrſcheinlich / ſowohl die von ihr angezogenen Umſtände bey der disfallß *fol. ſeqq.* eingezogenen Erkundigung nicht allerdings herauskommen ; Gleichwohl nunmehr durch ihr Geſtändnis und Erzehlung der Verdacht wieder ſie von neuen ſich vermehret / indem ſie die *Concurrenz* zu dem *delicto*, wovon ſie anfangs gar nichts wiſſen wollen einräumen muß. So iſt vor allen Dingen / das *poſt. fol.* geſprochene Urthel an ihr nochmahls zu vollſtrecken jedoch das 1. 2. 3. und 4te *Interr.* auſſen zulaſſen ; worauf ihrer Beſtraffung halber ferner ergehet was recht iſt. rc. Id Quod adeò certum eſt ut & ſi ſecunda vice in variatione perſeveret Inquiſitus, idem qui ſupra §. 14. recenſetur procedendi modus obtinebit juxta quem tertia vice finitos cruciatus ſubſequens revocatio non attenditur, ſed reus abſolute aut condemnatur, aut abſolvitur *vid. Excell. Dn. Berg. in El. Juriſpr. Crim. cap. III. membr. II. quæſt. IV.*

§. 28. Id unicum ſaltem circa torturam in genere, judicibus commendandum, ne reſponſionem aut potius confeſſionem rei ; durante ipſo torturæ exercitio vulgo: wenn der Scharff-Richter in zuſchrauben / umſchlagen oder rücken derer Banden / Ausdehnung auf der Leiter würckl. begriffen / deſiderent, cum alias hæc confeſſio tanquam durantibus cruciatibus, vulgo eine Sage unter der Marter / facta ; ni-

hil probet, adeò, ut ſi reus licet confeſſus de eo excipiat, inde condemnari nequeat; cum ejusmodi confeſſio *juxt. art. 58. Ord. Crim. ibique Math. Steph. n. 2. & Art. 47. in f. Chr. Blumlacher ad eosd. it. Zang. Tr. de quæſt. cap. 4. n. 15.* ne quidem conſignari ab Actuario vel Notario debeat; Sin itaque Reus durantibus cruciatibus ad confeſſionem ſeſe offerat, amplius non continuanda, ſed ſtatim relaxanda ſunt tormenta; ac eum, tempore relaxatorum inſtrumentorum confeſſum eſſe, expreſſe ab Actuario conſignandum, alias præſumptio pro Inquiſito contrarium aſſerente manet; quod tamen, ita limitamus; quod licet Inquiſitus v. g. perpeſſis forcipibus; initio ligaturæ beym Anfange der Banden confiteri velit, funiculos quam forcipes non auferendos eſſe, ſed ſufficere v. g. funiculos in eo ſtatu, quo ſint relinqui; quoniam judicio carnificum tota relaxatio & poſtea iteratâ applicatio omnium inſtrumentorum, nimis atroces excitaret dolores, prouti id non ſolum veteri præjudicio Scabinatus, *ap. Carpz. Pr. Crim. p III. qv. 125. n. 29.* Sed & recenter; in cauſa Suſannen Rößlerin, ubi talis Actuarii conſignatio omiſſa expreſſe deſiderabatur, *Menſ. Febr. 1719. Facult. Jurid. Lipſ.* confirmatum. Conſent. *Ord. Crim. March. citato Cap. 9. §. 18.*

§. 29. Magis tandem manifeſta, & pridem determinata quæſtio eſt, quid circa eum obtineat Inquiſitum, qui non ſolum in ipſa tortura ſed & extra locum ejus ad ratificandum ductus, confeſſus; poſteà indicta pœna ſ. capitali ſ. mitiore revocat, atque absque indiciis probabilibus inficiatur. Is etenim ſi de confeſſione & ratificatione modo in *art. 91. Ord. Crim. Car.* præſcripto conſtet, nullo inſuper confecto Notarii Inſtrumento, uti olim *teſt. Math. Col. p. 1. Deciſ. 183. n. 4. & Carpz. Pr. Crim. P. III. qv. 26. n. 67. ſeqq. quem D. Gottfr. Lud. Mencke in Theor. & Pr. Pandect. ad tit. ff. de quæſt. n. 18. in f. ſequitnr*, & de ſententia *Facult. Jurid. Lipſ.* forſan extra Saxoniam lata loquitur; obſervatū. (Quippe quæ adhibitio Notarii olim forſan ideò, quoniam non omnes Actuarii ſimul Notarii fuere, recepta videtur, neque tamen perpetuo uſu in Saxonia Elect. introducta, adeò ut inde recedi nequeat; & hodiennm, ubi juxta expreſſa *Ord. Crim. allegata*: verba præſentia judicis, Actuarii, qui ſemper Notarius eſt, & Scabinorum ſufficit, ſuper vacanea per *Dec. 26.* judicata eſt, fuſius deducente alleg. *D. Dondorff in Diſſ. De reorum Confeſſ. per torm. ext. §. 69.*) absque ulterioribus ambagibus

gibus *arg. cit. art.* evidentiſſimo, mediante ſententia erit condemnandus, vel etiam indicta mortis pœna, ſi poſt eam fiat, tuto exequenda, teſtante de communi hoc in paſſu. Ddrum Opinione *Proſp. Far. quæſt. Crim. 83. n. 67. & 69. nec non B. Carpz. P. III, qv. 126. n. 63. ſeqq.* Quod tamen de reo, qui ad ratificandum ductus, plane loqui & reſpondere de trectat, adeoque pro diſſentiente habendus; non eodem modo obtinere videtur, ſed eum in taciturnitate perſeverantem pœna arbitraria. v. g. fuſtigatione afficiendum allegat *laud. Carpz. l. cit. n. 75.* quæ opiniones expreſſa declaratoria aut contraria ſanctione in Saxonia Elect. hactenus non ſublatæ, ſed huc usque unanimi Dicaſteriorum conſenſu receptæ aſſervantur.

§. 30. Atque hæc de Inquiſito initio Inquiſitionis negante, poſt vero vel in territione vel ſub tortura affirmante; hancque affirmationem dein, imo etiam poſt ratificationem ſine probabilibus cauſis negante. REUM QUI CRIMEN SPONTE CONFESSUM, SPONTE QUOQUE NEGAT conſideremus propoſiti nunc poſcit ratio; ſub quo autem & eum comprehendimus, qui quidē ſponte reſpondet, ſed verbis dubiis v.g. credo, autumo, poſſibile eſt &c. mentem non ſatis declarat, qui, non quidem ad eruendam veritatem vel confeſſionem delicti, ſed ad eruendam ſolummodo reſponſionem categoricam, torturæ omnino ſubjiciendus reputatur *à Math. Berl. P. III. Dec. 354. per tot. & aut. ibi cit.* Dum vero ſponte reum confiteri dicimus, non eam indigitamus confeſſionem, quæ tantum extra tormenta, nihil ominus vero vel perſvaſione vel promiſſione impunitatis elicitur, quippe quæ juri ſumme contrariatur, & tanquàm doloſa inductio adeò potius prohibetur; ut ea, licet ſubſecuta pro vera ac conſtanti habenda non ſit, expreſſa *Deciſ. Elect. Sax. 91.* §. Sonſten und wenn ſich gleich *ibique Joh. Philipp. ad dict. Dec. obſerv. 1. n. 12. ſeqq. Berl. P. 1. Dec. 61. per tot. Struv. ad Math. de Judiciis cap. 16. aph. 36. Oldekop. Obſerv. Crim. Tit. 4. obſ. 18. n. 4. ſeqq.* Sed liberam, quam proprio motu & inſtinctu nemine ſvadente peragit, intellectam cupimus confeſſionem.

§. 31. Equidem confeſſa limitari, & pro re nata negare, plane interdictum Inquiſito non eſt, ſive ſtatim & uno momento; ſive ex Intervallo, ſub & poſt torturam id etiam accidat. Hoc enim tantum abeſt, quin potius confeſſio ejusmodi ſpontanea extra torturam, eaque vel nuda vel indiciis ſaltem probabilibus, licet non evidentibus,

haud ſuffulta, ad pœnam mortis infligendam nunquàm ſufficiat; reſcribente eum in modum expreſſe D. Severo: *Confeſſiones reorum, pro exploratis facinoribus non haberi ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat. l. 1. §. 17. ff. de quæſt. & art. 54. Ord. Crim.* imo talis ſponte confitens, ubique veniam meretur, & id circo, ad minimum pœna ordinaria mitius cum eo agendum *C. 12. qv. 1. l. 5. §. 7. C. ad L. Jul. Majeſt. C. 15. qv. 8. C. 2. qv. 1. & in c. 20. X. de Elect. l. 1. C. ne tutor l. Curat. vect. conducant. auth. Novo Jure C. de Pœn. jud. qui male jud. c. ult. X. de Furto. l. 13. pr. ff. de Jure Fiſc. l. un. C. de his qui ſe, defer.* Land-Recht *lib. 2. art. 14.* Ac cum haud raro etiam accidàt, ut ejusmodi perſonæ affectu Melancholiæ ductæ; tædio vitæ plus confiteantur, quàm unquam patraverint, aut ſaltem cogitaverint *l. 6. ff. de Apell. l. 1. §. 23. §. 27. ff. de quæſt. l. 3. §. 4. ff. de bon. qui ant. ſent. mort. ſibi conſciv.* hinc, his caſibus ante omnia circumſtantiæ indicatæ accuratius ponderandæ ac ſe dulo â Judice exquirendæ, an veritati & delicto vere conveniant; expreſſe ita diſponente. *Ord. Crim. Carol. alleg. art. 54. pr.* Inde vero utique conceſſum eſt: confeſſionem pro parte vel quoad circumſtantias aliquot, tuto revocare; cum confeſſio hac ratione non perimatur ſed declaretur ſaltem, ac interpretatione juvetur, quæ emendatio cuique licet, & ab Inquiſito ſæpius tortura extorqueri ſolet; *Jul. Clar. in Pr. Crim. §. ult. qv. 21. n. 39.*

§. 32. Quibus affirmatis neceſſario ſtat regula, INQVISITUM SPONTE CONFESSA EX PROBABILI CAUSA REVOCANTEM, UTIQUE AUDIENDUM, AC EA DEMONSTRATA ABSOLVENDUM ESSE, Iſthæc etenim ex probabili cauſa facta revocatio, inſtar, imo ſpecies defenſionis eſt, quæ præſertim his caſibus nemini juxt. *Proſp. Far. qv. Crim. 81. n. 335. Guazzin. ad Def. Inquiſ. Def. 2. c. 4. n. 3. ibique cit.* Quin imo Diabolo ipſi, ſi, Inquiſitus reddi poſſet, juxta tradita *Weſenbecii Conſ. 47. num. 177. & Conſ. 132. Vol. 3. n. 6.* nequaquam deneganda, cum ubi majus cauſarum periculum, ibi eo cautius quoque agendũ *Cap. ubi periculum 3. de Elect. in 6to* & confeſſio, allegando errorem, tuto revocari poſſit, per ea quæ tradit *Sebaſt. Guazzinius ad Def. Inquiſ. Def. 32. c. 10. Ægid. Boſſius in Tr. Crim. de Confeſſ. n. 6. lit. K. ſeqq.*

§. 33. Quænam vero probabiles hujusmodi revocandi atque ſic impune variandi cauſæ ſint, ſpeciatim huc indicare opus peculiare & ingens requireret, & nobis ex *alleg. art. 54. Ord. Crim. Carol.*

gene-

generalem tantum in præſentiarum notaſſe regulam ſufficiat: PER QVODCUNQUE VERITAS FACTI, & INNOCENTIA DELINQUENTIS ERUI ET MANIFESTARI POTEST, ILLUD PRO REVOCATIONIS CAUSA ALLEGARI, ET REUM TUTO VARIARE POSSE, æque ac in revocatione confeſſionis ſub Tortura expreſſæ, *arg. Ed. D. Auguſti in l. 8. ff. de quæſt.* traditur; revocationem iſtius in omnibus iis locum habere delictis, in quibus ad confeſſionem, ad rei veritatem per tormenta eruendam, tortura requiritur. Quot vero ex allatis axiomatibus fluant conſectaria, & quatenus ſingulis delictis ac cauſis ſpeciatim ſint applicanda, prudenti Judicum & Dicaſteriorum judicio omnino relinquendum, & cum quasdam ſpecialiores, è Ddrum traditis congeſſerit ac explicaverit *laud. Dn. Dondorffius alleg. Diſſ.* von Wiederruffung der Uhrgicht/ quippe quæ tota non niſi cauſas revocandi tractat, L. B. eo, inprimis vero *a §. 44. usque ad finem* merito remittimus, jung. omnino etiam *Sebaſt. Guazzinius ad Def. reorum lib. 2. Def. 32. c. 13. ſeqq. ibiq; citati.*

§. 34. Nos tantum circa modum probandi allegatas cauſas adhuc notabimus, eum tam accurate promovendum eſſe, ut Inquiſito errorem prætenſum etiam ſemiplene tantum probanti, Suppletorium; aut omnino & pro circumſtantiarum qualitate, in vicem ejus tortura concedenda ſit, *arg. art. 16. Ord. Crim. Carol.* Hæc duo etenim Juris remedia eum in finem, ut ſemiplena probatio iis corroboretur in *l. 31. in f. ff. de jurejur. l. 3. & l. 12. C. de rebus cred. c. 8. x. de purg. canon. l. 1. §. 1. l. 9. in pr. ff. l. 1. & l. 2. C. de quæſt.* ad inventa dicuntur, quæ cum contra Inquiſitum valeant, multo magis, argumento in contrarium, quod fortior probatio dicitur. *arg. l. 1. ff. de his qui ſui l. alieni juris* etiam pro Inquiſito obtinebunt. Quem in modum quæſtionem hanc in Sax. Elect. deciſam habemus *Dec. ined. 20.* Non obſtante eorum opinione qui, dum nullam propria confeſſione efficaciorem eſſe probationem ex *l. 5. C. de transact. & l. fin. ff. de fidejuſſor.* perſpectum habuerint, hac utique ſtandum eſſe tradunt, & cum error confeſſionis teſtibus & indiciis prioribus jam ſit eliſus, adeoque contrarium ſatis probatum, Inquiſitum ſimpliciter condamnant. Quoniam reus hoc modo in auditus damnaretur, quum tamen in re tanti momenti, ubi non de tritico aut vino legato, ſed de hominum fortuna & capite agitur, quibus rebus orbe

 terra

terrarum nihil eſt præſtantius *Nov. 8. c. 1.* indicia, etiam plenam & concludentem probationem haud efficientia, non prætereunda aut poſtponenda, poſt tot varios Ddres æquitas ipſa ſuadeat. Quod aſſertum præjudicio inter alia, inſigni muniebatur *Dominorum Scabinorum Lipſ. menſe Majo 1713. in cauſa Joh. Claren* Knilingen/ quæ initio ſe infantem proprium veneno occidiſſe coram Prætore ſponte confitebatur, poſtea vero perſuaſione ſtupratoris venenum remediendi morbi ſuffocatorii, des Steck-Flußes cauſa, neutiquam vero animo occidendi adhibuiſſe aſſerebat, quo caſu, cum exceptio aliis adminiculis ſuffulciretur, terrendam cenſebant Dni Scabini, ex rationibus ſequenti, quam ideo ſub finem hujus diſſertationis totam apponere placuit, ſententiæ inſertis, ac cum exceptionem tortura confirmaſſet, poſtea ob intercedentem levem tantummodo culpam pœna arbitraria relegationis perpetuæ puniebant.

§. 35. Quanquam itaque his caſibus impunis, imo potius præcepta ſit variatio, ſecus tamen contra res ſeſe habet ſi Inquiſitus confeſſa negans probabiles inficiationis cauſas vel plane allegare, aut certe ſemiplene easdem deducere non valeat; Poſteriori enim caſu, reus æque ac in civilibus pro convicto procul dubio erit condemnandus, & propria confeſſio prior, errorem putatitium, una cum teſtibus & indiciis, tanquam probatio fortior, tunc præponderat ac abſorbet. Sin vero Inquiſitus plane nullas revocationis cauſas allegare poſſit, eo caſu, inutile plane eſt utra confeſſio, affirmativa an negativa, verior ſit disqvirere; Cum enim quilibet reus exceptiones ſuas probare naturaliter teneatur, arg. *l. 1. ff. de Except. c. 11. x. eod.* ac ſi id perficere non poteſt, condemnetur; multo magis ille qui omni aſſerti adminiculo deſtituitur, cauſa cadet, & ex eo ſolum juris principio, quia denunciatio tam teſtibus, indiciis evidentibus, qvam priore propria confeſſione ſatis probata, etiam ad mortis pœnam tùto condemnabitur, adeò ut neque ſpontanea confeſſio prior, aliquam tunc afferre mitigationem poſſit. *art. 31. in f. Ord. Criminal Carol.* Quæ aſſertio omni dubio eo magis caret, quo certius eſt, ſpontaneæ confeſſioni, ad minimum parem cum ratificata tribuendum eſſe effectum, & cum ea facta ſcil. ratificatione, nulla ſubſequens attendatur variatio ideò, quod ratificatio pro confeſſione ſpontanea habeatur *Profp. Farin. qv. Crim. 83. n. 69. aliique*, multo magis

gis regula iſta huc obtinebit, ubi vera; non ficta ſpontanea confeſſio adeſt, quæ utiq; fortior, ratificata eſt, quem in finem ſententiis ejusmodi definitivis utroque paſſu, formulam: Da nun der Gefangene auf ſeinem Bekändtnis vor öffentl. gehegten Peinl. Halß-Gerichte freywillig verharren / **oder des Bekändtnißes wie recht überwieſen würde** ſemper inſertam, hodienum quotidie videre eſt, atque hinc dicto caſu, quo ſemel ſpontanea confeſſio teſtibus, vel indiciis evidentibus ſuffulta, ulterioribus inveſtigandi veritatem â reo variante mediis nequaquam eget, ſed ſola ad dictandam mortis pœnam juſtisſime ſufficit *ex Dec. in ed. Elect. 30.*

§. 36. Licet etenim ſint aliqui Ddrum qui in ſpontanea confeſsione extra ratificationem, perſeverantiam quoque requirant, & inde aſſerant; Inquiſitum ea, quæ ab initio ſponte confeſſus erat, poſtea negantem, tanquam variantem, ante omnia torturæ prius ſubjiciendum eſſe: horum tamen opinio adeo crude intelligi nequit, ac ſi reo quamlibet negationem indiſtincte largiantur, licet nulla nitatur ratione probabili, iisdem enim tunc *art. 22. & 69. Ord. Crim. Carol.* aperte repugnaret, cujus evidentisſimo argumento, ſponte confeſſum, revocatio ejusmodi haud probabilis, æque ac convictum negatio, nihil juvare poteſt, cum in ſponte confeſſo ad perſeverantiam, tortura opus non ſit *l. 16. C. de pœn. l. 17. ff. de Scto. Sil. Struv. ad Math. de Judiciis c. 16. aph. 57.* ſed itidem eatenus tantum reſtringendum eſt deſiderium perſeverantiæ, ſin probabiles negandi cauſas adduxerit reus, aſt poſtea non plene probaverit, cujusmodi reo poſtmodum tortura vel ſuppletorio utique ſuccurrendum eſſe §. 31. conceſsimus, manifeſto argumento, theſin antecedente §. traditam firmo adhuc niti thalo.

§. 37. Aſt cum præter opinionem nimium excreverit diſſertatio, hacce generali ejus quod circa inquiſitum variantem in Sax. præſ. Elect. juſtum ſit, delineatione contenti, filum abrumpimus, ea tamen quæ hac vice, ob nimium materiarum concurſum exactisſime exponi haud potuerunt, peculiaribus & accuratioribus reſervantes deductionibus impoſterum ſiſtendis. Deo interim O. M. pro ſuppeditatis huc usque viribus grates humillime perſolvimus.

Tuo autem B. L. favori atque candori commendatos nos cupimus.

S. D. G.

Sententia a Scabinatu Elector. Lipſienſi, in cauſa Johannen Claren Keulingin/ Menſ. Majo. 1713. lata; cujus mentio in §. 34. facta.

Als dieſelben uns angebrachte Rüge / eingezogene Erkundigung/ verfaſte *Inquiſitional Articul,* Julianen Claren Keulingin darauf gethane Antwort/ unterſchiedlicher Summariſch auch vermittelſt Eydes abgehörter Zeugen Ayſſage/ und angeſtellte *Confrontation* ſamt denen disfalls ergangenen *Acten* benebenſt einer Frage übergeben/ und ſich des Rechten darüber zu belehren gebethen haben; Demnach ſprechen wir Churfürſtl. Sächſ. Schöppen zu Leipzig darauf vor Recht; Wird Juliana Clara Keulingin beſchuldiget/ daß ſie ihrem in Unehren erzeugtem Kinde von ungefehr 2. Jahren Gifft gegeben/ und es dadurch vorſetzl. um das Leben gebracht. Ob nun wohl die Wendelbrückin / bey welcher *Inquiſitin* das Gifft/ ſo ſie dem Kinde beygebracht/ geholet haben will/ daß dieſe es allererſt nach der Zeit/ und da das Kind bereits verſtorben geweſen von ihr gekaufft/ſonſt aber niemahls dergleichen von ihr bekommen/ vermittelſt Eydes ausgeſaget/und dabey bey angeſtellter *Confrontation* beſtändig verblieben/ ſo wohl wegen der Kleidung/ welche *Inquiſitin* damahls angehabt beyde mit einander nicht übereintreffen / hiernechſt die Beyerin *fol.* daß ſie an den Kinde / da ſie es abgewaſchen / nichts geſchwollnes gemercket: Sondern es nur unten an der Geburth/ und auf den Rücken/ die Beine hinunter braun ausgeſehen/ *deponi*ret / welches letztere auch die Wolffin *fol.* die Engelhartin *fol.* die Huthin *fol.* bezeugen. Geſtalt denn als das Kind ausgegraben und geöffnet worden / ebenfalls keine Fäulung oder Geſchwulſt; Sondern der Magen und übrige *viſcera* ohne alle Fäulniß/ Bräune/ *Læſion,* und Stanck oder ſonſt einige Zeichen einer Vergifftung beſage des *Medici fol.* erſtatteten Berichts angetroffen worden; Hierüber die Beyerin *fol.* und *ad art.* 24. *fol.* Daß die Keulingin ſonſt ihr Kind Lieb und Werth gehalten/und an denſelben gethan/ was einer Mutter zukomme *atteſti*ret/ und ſie ſelbſt *ad art.* 41. 46. und *fol.* daß ſie dem Kinde das Gifft zu dem Ende/ damit ſelbiges davon ſterben

und

und umkommen ſolle gegeben/ nicht geſtändig ſeyn will; Sondern vorwendet/ es habe der angegebene *Stuprator* Tobias Rödel/ als er ihr die Diete/ woraus ſie unter das von der Wendelbrückin gehohlete Ratten-Pulver thun/ und es den Kinde eingeben ſollen/ zugeſtellet/ geſagt: Es würde ſich das Steck-Flüßgen davon ändern/ es käme entweder zum Leben oder zum Tode/ und würde ſich das Kind davon brechen / es ſterbe ihr nicht flugs; ſie aber dabey kein ander Abſehen gehabt/ als daß das eingegebene Pulver den Kinde vor das Steck-Flüßgen helffen ſollen; Ferner von dem jenigen Pulver/ ſo ihr Rödel in der Diete zugeſtellet haben ſoll/ nichts verhanden / alſo was ſolches geweſen/ man nicht wiſſen kan/ Rödel auch der wider ihn angerügten Umſtände durchaus nicht geſtändig/ vielmehr den ihn darüber zuerkanten Reinigungs-Eyd würckl. geſchworen:

Dieweil aber dennoch *Inquiſitin*, daß ſie bey der Wendelbrückin Ratten-Pulver gehohlet/ bekennet/ auch dabey/ daß ſolches noch bey des Kindes Leben geſchehen/ und ſie den Abend/ da es des Nachts darauf geſtorben/ ſelbigen davon und von dem jenigen ſo Rödel ihr zugeſtellet/ und wie brauner *Farin* außgeſehen/ eingegeben/ beſtändig verharret/ hierüber ſich gebrochen/ und gegen Morgen von ihr todt angetroffen worden/ nicht in Abrede/ und bey der *Section* nach Inhalt des *Medici* Berichts *fol.* ob wohl keine Geſchwulſt/Fäulniß oder *Eroſion*; jedoch ſonſt in des Kindes Magen und *Inteſtino duodeno* unter denen *Liquaminibus ordinariis* einige Roſinen Stücken / als von gebiſſenen Nußkern/ und ein gröblichtes weiſſes Pulver gefunden worden/ welches ſo wohl der Farbe/ als da es auf glüende Kohlen gebracht/ dem Geruch nach / einen weiſſen *Arſenico* nicht ungleich geweſen/ immaſſen den dieſer *fol.* davor hält/ daß dergleichen *Arſenica*liſches Gifft auch *citra evidentem alterationem* in Magen dennoch *Cardialagiam, vomitus,* und andere *Symptomata lethalia* verurſachen könne/ womit den der *Medicini*ſchen *facultæt fol.ſeqq.* ertheiltes *reſponſum* einſtimmet/ und *Inquiſitin* ſelbſt/ wie bereits oben an-

geführet/ daß das Kind ſich ſelbige Nacht gebrochen/ nicht leugnen kan/ auch *Teſt. II. III. VI.* daß ſie es im Qualſter und von ſich gebrochen liegend angetroffen/ *ad Art. 16. fol. ſeqq.* bezeugen/ welches/ daß es durch das beygebrachte Gifft verurſachet worden/ um ſo vielmehr darvor zuhalten/ da das Kind den Tag vorher nach ihrer *Depoſition ad Art. 14.* noch munter und friſch geweſen; wozu noch kömmt/ daß als von der Wendelbrücken Ratten-Pulver/ und zwar von derjenigen Arth ſo die Keulingen gekaufft an einen jungen Hunde *probi*ret worden/ dieſer ſolches zwar weg geſpien/ doch aber nach drey Stunden davon verrecket/ wie *fol.* zu ſehen/ dagegen *Inquiſitin* Vorwand/ daß ſie es dem Kinde zu dem Ende/ daß dieſes davon umkommen ſolte/ nicht beygebracht/ um ſo viel weniger der Wahrheit ähnlich/ da ſie *fol. ſeqq.* davon nicht das geringſte/ wohl aber *fol.* von der hernach bey ihr erregten GewiſſensAngſt ausgeſagt/ nnd die *fol.* gebrauchte Entſchuldigung/ daß einen nicht ſo gleich alles beyfalle/ zumahl bey einen ſo wichtigen Umſtande nicht wohl zu glauben/ vielmehr der *Inquiſitin* hefftig zu wieder/ daß ſie ſelbſt *ad art. 21. ſeqq.* erzehlet/ wie Rödel ihr ſchon vormahls/ daß ſie den Kinde die Kehle abſchneiden oder es mit Gifft vergeben ſollen/ geheiſſen/ und ſodañ ſie zu heyrathen vertröſtet/ auch hernachmahls/ nach dem er ſie wiederum gefragt/ ob ſie daß Kind nicht weggeſchafft/ und ſie es mit nein/ und wie ſie kein Geld habe/ beantwortet/ ihr einen gr. zugeſtellet/ und daß ſie bey der Rattenfängerin in Stichs Hauſe auf der Bettelgaſſe ( ſo die Wendelbrückin iſt) ſich Gifft davor geben laſſen ſolte/ befohlen/ indem ſie dadurch von deſſen böſen *Intention* genugſame Wiſſenſchafft haben/ auch aus denen von ihr ſelbſt *ad Art. 41.* angezogenen Reden/ daß das vorgeſchlagene Mittel ſehr gefährlich abnehmen müſſen/ und dennoch ſie das Pulver dem Kinde eingegeben/ zumahl auch ohne dem gar nicht wahrſcheinlich daß ein Menſche von geſunder Vernunfft Ratten Pulver vor eine Artzeney inſonderheit bey einen zarten Kinde halten ſolte; Sondern vielmehr aus denen angeführten insgeſamt/ daß *Inquiſitin* dieſe böſe That
vor-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689727-p0042-0

vorſetzlich damit ſie Rödeln zur Ehe bekommen möchte gethan/ zu vermuthen/ worwieder nichts thut/ daß ſie das Kind ſonſt lieb gehabt/ indem doch die Hoffnung zur Verehligung mit Rödeln ſie wohl auf andere Gedancken bringen können; In übrigen der wider *Inquiſitin* ſtreitende Verdacht/ durch der Wendelbrückin vorgeben; daß ſie das Pulver der *Inquiſitin* allererſt nach des Kindes Tode zu kommen laſſen/ nach Gelegenheit der Umſtände/ und da *Inquiſitin* ſelbſt das Widerſpiel geſtehet/ auch bey der *Section*, daß das den *arſenico* gleichende Pulver in des Kindes Magen würcklich angetroffen worden nicht *elidiren*; vielweniger Rödels Verneinung ihr/ wider ihr eigenes Bekäntnis zuſtatten kommen/ noch das freywillige Angeben ſie bey dieſen ſchweren Verbrechen von einer harten Straffe befreyen mag/ nach mehrern Inhalt der übergebenen *Inquiſition Acten*.

So erſcheinet daraus und ſonſt allenthalben ſo viel/ daß wenn *Inquiſitin* ihr Bekäntnis disfalls anderweit in Güthe richtig nicht thun will/ man wohl befugt/ ſie dem Scharff-Richer auf die maſſe zu untergeben/ daß er ſie mag ausziehen entblöſſen zur Leiter führen/ die zur Peinlichkeit gehörigen *Inſtrumenta* vorzeigen/ die Daumen Stöcke anlegen/ und damit zuſchrauben/ jedoch daß es bey dem wie jetzt gedacht verbleibe/ und mit *Inquiſitin* geſtalten Sachen nach vor dieſesmahl weiter nichts vorgenommen werde; wobey ſie den mit allen Ernſt zubefragen/ ob ſie nicht ihren unehlichen Kinde am *19. Novembr.* des abgewichenen 1712. Jahres Gifft zu dem Ende/ daß es davon ſterben und umkommen ſolte/ eingegeben? aus was vor Abſehen ſie dieſe böſe That an ihren leibl. Kinde ausgeübet? Ob nicht alſo ihr Vorwand/ daß ſie es demſelben nur zu dem Ende/ daß ihn dadurch an ſeinen Stöckfluß geholffen werde/ nicht aber damit es davon ſterben und umkommen ſolle gegeben/ falſch und ertichtet? wo und von wem ſie das dem Kinde beygebrachte Gifft eigentlich bekommen? was ſie allenthalben mehr dabey gethan und ihr hierum bewuſt ſey? wenn nun ihre gütl. oder vor dem Scharff-Richter gethane Außage mit beſondern Fleiß auf-

gezeichnet/ zu denen *Acten* gebracht/ und nebſt ſelbigen wieder übergeben wird; So ergehet ihrer Beſtraffung halber ferner was recht iſt. Von Rechtes wegen. Zu Uhrkund mit Unſern Inſiegel. verſiegelt;

Churfürſtl. Sächſiſche Schöppen
zu Leipzig.

---

Cultor ſi Themidos tulit unquam juſta brabea,
Tu FALCKNERE tibi juſta brabea feres.
Non Te namque ſtetit tentatus pulchrior alter:
Non reſponſa Tuis quis mage docta dedit.
Ergo qui Capiti mox imponentur honores,
Gaudia multa, precor, commoda mille ferant.

Hæc in honorem Domini CANDIDATI
longe doctiſſimi ſcribere voluit

JOH. FRID. Jäger / J. U. D.
Inſt. Imper. Prof. Pub. Ord.
& p. t. Univ. RECTOR.

---

QUi Lex compeſcat variantia dicta Rerum,
Dum monſtras ſolidè Præmia digna dabo.

*Ad Præclariſſimum doctiſſimumque Dominum*
*CANDIDATUM*
PRÆSES.

# ERRATA.

*Pag. 7.* §. *11.* uti non, *leg.* ubi. *Pag. 18.* §. *23: lin. 34. pro* crutiatibus, *leg.* cruciatibus. *Pag. 25.* §. *26. lin. 25. pro* obtinebit, *leg.* obtineat. *Pag. 27. lin. 5. leg.* ad ratificandum ductus. *Ead. Pag.* §. *30. lin. 31. poſt verb.* ſuadente, *inſer.* Inquiſitus. *Pag. 30. lin. 5. leg.* Reulingin.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689727-p0045-7

## ERRATA.

Pag. 7. §. 16. nil non, leg. ubi. Pag. 18. §. 25. lin. 24. pro cruciatibus, leg. cruciatibus. Pag. 21. §. 26. lin. 27. pro obtinebit, leg. obtineat. Pag. 27. lin. 5. leg. ad ratificandum doctus. Ead. Pag. §. 30. lin. 31. post ratihabitis, lege inquisitus. Pag. 30. lin. 3. leg. [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689727-p0047-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689727-p0048-4

Frankfurt a. d. O., Diss., 1716–19

ULB Halle 3
005 350 808

K 1 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689727-p0049-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689727-p0050-4

DISSERTATIO J...

# EOQU... J-
# STUM E... A
# INQUIS...
# RIA...

*In Saxon...*

ANNUENTE I...
*EX DECRET...*
MAGNIFICI JCTORUM ... RINA,
*P...*

## DN. HENR... NE
## PLES...

J. U. D. ET PANDECT...
FACULT. JURI... N.
*PROMOTORE* ...
SUMMIS IN UTROq; JUR... TOR.
ritè ...
*ad d. XXIII. Aug. An...*
placido ...

## JOH. FRIDE... R,

FRANCOF. ad VIADR. Lite...

...N.FRIED.
...NIVERS.
...ILALIE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689727-p0051-9